


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hiemst. 493 8° (LN 923)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 493 8° (LN 923)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 493 8° (LN 923)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 493 8° (LN 923)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 493 8° (LN 923)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 493 8° (LN 923)

298

Saugnat Bibliothek

N^o 493




M. T. W. J. J. J.



LN 423

M



26/

CHR
ET OR
STITVTIO
PRAECI
Religionis
consec

Nicola

1
NVNC P
ca in Lat

Andrea



CVM

VIA VITAE.
CHRISTIANA
ET ORTHODOXA IN-
STITVTIO COMPLECTENS

PRAECIPVA CHRISTIANAE

Relligionis capita, quae homini ad salutem
consequendam cognitu necessa-
ria sunt, tradita

A

Nicolao Hemmingio.

NVNC PRIMVM EX DANICA

ca in Latinam linguam translata, ab

Andrea Seuerino Velleio.



CVM PRIVILEGIO.

Handwritten notes and signatures:
Johannes
Amundt
mana sua:
1604.



GENE
MAGNI
SAPIENT
virtute præsta
mino de Star
Daniz pruden
Malmogiensi p
coniugi, nol
nz, C

Gratiam &
per Dominum
stum, precatu

Nicolaus

Omnium, q
rum, nih
pretiosius, neq
Deum & vol
nosse & hunc
nerari. Quen
versus hic mu
& transibit, it
quantumvis s
inscribantur t



I
G E N E R O S O E T
M A G N I F I C O V I R O ,
S A P I E N T I A , P I E T A T E E T
virtute præstanti Biornoni Kaaes, Do-
mino de Starupgaard Senatori regni
Daniæ prudentissimo , regio in arce
Malmogiensi præfidi : & huius dilectæ
coniugi, nobili, castæ & piæ Domi-
næ, Christinæ Nicolai
Fil.

Gratiam & pacem à Deo patre,
per Dominum nostrum Iesum Chri-
stum, precatur.

Nicolaus Hemmingius.

O M n i u m , quæ sunt in mundo re-
rum , nihil neque melius , nec
pretiosius, neque adeo vtilius, quàm
Deum & voluntatem ipsius rectè
nosse & hunc ipsum colere atq; ve-
nerari. Quemadmodum enim vni-
uersus hic mundus mométaneus est
& transibit , ita etiam huius opes,
quantumuis speciosis ac magnificis
inscribantur titulis, fluxas omnes &

A 2 cadu-

caducas esse, experientia quotidiana demonstrare ac docere nos posset, nisi occæcari aut fascino quasi dementari nos, ab eo pateremur.

Deum autem rectè nosse, & agnitionem iuxta voluntatem ipsius in verbo patefactam rite colere, id demùm verò in æternum permanet, & hominem ab hac mundi inconstantis fluxibilitate, recta in vitam & salutem æternam perducit.

Itaq; apud Iohannem inquit Christus: Hæc est vita æterna, vt agnoscant te solum esse verum Deum, & quem misisti, Iesum Christum. Et alibi: Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Propterea rectè iudicat Dauid Psal. 84. vbi inquit. Melior est dies vna in atrijs tuis, super millia. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis impiorum.

Quia Sol & Scutum Dominus Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus

minus, non
ambulant in

Hicce veri

crimen inter

clesiam, & h

stiana existe

voluntatem

autem discrimi

maximè men

Antithesi illu

delicet & qua

beatitudo fil

quanta sit mi

potentissimor

non sunt ciue

Primum b

filiorum Dei

minus, non priuabit bonis eos qui
ambulant in innocentia.

Hisce verbis constituit Dauid discrimen inter eos, qui sunt extra Ecclesiam, & hos qui in Ecclesia Christiana existentes, Dei essentiam ac voluntatem rectè norunt. Collocat autem discrimè hoc, in rebus quinque; maximè memorabilibus, ex quorū Antithesi illustrius utrūq; apparet, videlicet & quantū sit Deus ac summa beatitudo filiorum Dei, & contra quanta sit miseria ac calamitas, etiā potentissimorum in hoc mundo, qui non sunt ciues Ecclesiæ Dei.

Primum bonum & commodum filiorum Dei seu Ecclesiæ, est quod Deus ipse in ea sit tanquam sol lucidissimus. Vt enim ex sole hoc aspectabili, est mundo lux, calor & radij, quibus omnia viuificantur & fouentur: Ita ex Deo, qui est sol inuisibilis, est Ecclesiæ splendor, id est, clara Dei noticia, est calor, hoc est, affectus spe, fide, dilectione ardentis, &

A 3 radij

radij, qui sunt multiplices consolatio-
nes, quibus anima fidelis viuificatur,
fouetur & exhilaratur.

Hic Sol vt timentibus Deum ori-
tur, ita negligentibus, pernitiōse vi-
uentibus & securis occidit. Cauen-
dū itaq; summopere, ne pij sua qua-
dam focordia legendi aut audiendi
verbum Dei, in quo hic Sol relucet,
finant hunc solem sibi obscurari aut
occultari. Nā vt hic sol aspectabilis,
si visus fuerit ægroto in somnijs occul-
tari aut obscurari, periculum est in-
stare, vt ait Hippocrates, ægroto cer-
tissimam mortem: Ita si Sol noster
Christus obscuretur nobis, abolita
vel obscurata doctrina, nō tenebræ
solūm, sed mors animæ & condem-
natio æterna certissima impendent.

Porro hinc æstimare licet, miseriam
eorum, quotquot hoc sole, seu verbo
Dei destituuntur. Nam, & in tene-
bris ignorantia palpitant cœci, & i-
gnari Dei, horrenda animorum con-
sternatione percelluntur, cum se
pecca-

peccatum
dit. Et qua
tia veluti
ac si exper
cati, exper
vel in extre
feram ani
adiget. Qu
cerbius acc
potius se nu
cem editur
Secundu
eorum, qui
tatem noru
præstant, ef
tum, quo cir
muniuntur
brarum. De
uid Psalmo
omnes qui f
exultabunt
riabuntur in
nomen tuu
ces iusto, D
luntate tua

peccatum in eorum consciētijs pro-
dit. Et quamuis in multis conscien-
tia veluti cauterio adusta videatur,
ac si expers esset omnis sensus pec-
cati, expurgiscetur tamē aliquando,
vel in extremo mortis agone, & mi-
seram animam in desperationem
adiget. Quo nihil aut tristius aut a-
cerbius accidere potest homini, qui
potius se nunquam creatum ac in lu-
cem editum mallet.

Secundum bonum seu commodū
eorum, qui Dei essentiam ac volun-
tatem norunt, & huic se morigeros
præstant, est quod Deus sit ipsis scu-
tum, quo cinguntur, defenduntur &
muniuntur aduersus regnum tene-
brarum. De hoc scuto loquitur Da-
uid Psalmo 5. cum ait : Lætabuntur
omnes qui sperant in te, in æternum
exultabunt & habitabis in eis & glo-
riabuntur in te omnes, qui diligunt
nomen tuum. Quoniam tu benedi-
ces iusto, Domine vt scuto, bona vo-
luntate tua coronas nos.

A 4

Item

Item Psal. 18. Et dedisti mihi scutum salutis, & dextera tua sustentat me.

Hoc enim modo beneplacitum est Deo, quod non solum suos corona bonae suae voluntatis cingere velit, verum etiam perpetua benedictione faeliciter esse. Paulus cum scribit Ephesijs, assumite scutum fidei quo possitis omnia iacula maligni illius ignita extinguere, significat tum demum nos cingi fidei clypeo, quando fidem inconcussam doctrinae, cum fiducia misericordiae & bona conscientia retinentes, militamus honestam militiam.

Hoc scuto quia carent hostes Dei, quid quaeso illis poterit esse miserius? Nudi enim & inermes cum sunt, Diabolo principi tenebrarum resistere nequeunt, sed in eis plenum ipse obtinet imperium & de vno scelere in aliud praecipitat, donec eos funditus perdidit.

Tertium bonum seu commodum, quod pii habent ex salutari agnitione &

ne & tim
Dauid g
est fauor
credentib
ornantis e
est Christi
qua ita co
ac si ipsi le
sunt extra
salutaris ex
sub peccato
demnation
tem.

Quartu
gnoscentes
untur, voc
Haec est ad
doprio Spi
& aeternae l
possessio, p
diuerso aut
runt, man
Sathanae, h
sempiterna
Quinto

ne & timore veri Dei, appellatur à
 Dauide gratia. Hæc autem gratia
 est fauor Dei remittentis peccatum
 credentibus, propter mortem filij, &
 ornantis eos veste mundissima, quæ
 est Christi obœdientia seu iusticia,
 qua ita coram Deo iusti reputantur,
 ac si ipsi legem impleuissent. At qui
 sunt extra Ecclesiam, huius gratiæ
 salutaris expertes sunt, & manent
 sub peccato, ira Dei & æterna con-
 demnatione propter suam iniquita-
 tem.

Quartum commodum, quo a-
 gnoscentes & timentes Deum fru-
 untur, vocatur à Dauide Gloria.
 Hæc est adoptionis filiorum Dei a-
 doptio Spiritus sancti inhabitatio
 & æternæ beatitudinis hæreditaria
 possessio, per Iesum Christum. E-
 diuerso autem, qui Deum non no-
 runt, mancipia & habitacula sunt
 Sathanæ, huius Spiritu agitantur, &
 sempiternæ ignominia reseruantur.

Quintum bonū seu commodum,
 A 5 quod

quod pijs Deus per psalmistam promittit, his verbis continetur: Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia. O quanta est hæc promissio. Idē enim est ac si diceret, Innocentes, hoc est, qui Deo ex fide præstant obœdientiam, abundabūt omnibus bonis donati, ita vt perpetuo ijs fruantur & in æternum non timebunt sibi ab vlllo malo. Et quamuis enim, omnes filij Dei persecutionem patientur in hoc mundo, tamen certi sunt de bonis promissis, quæ spe hic obtinent, & in futura vita absq; omni impedimento possidebunt in æternum. Contrà verò, qui nec Deum ex verbo suo nosse, neque iuxta voluntatem ipsius eum timere didicerunt, his nunquam derunt ignominia, dolores & calamitates, sed Diabolo, cui militarunt, erunt subiecti in omnem æternitatem.

Hinc iam facile quiuis intelligit, verissimum esse quod ab initio proposui,

posui, v
 mundo.
 nec præ
 quam D
 rectè no
 riatur ex
 sum & vo
 Verum
 bolo atq
 sciendum
 quarendu
 Mosis, Pro
 atque Apo
 stimonio
 tentis, qui
 tiri non po
 quit Paulu
 Verum,
 tiat saltē
 multi faci
 primant, t
 mus illud v
 Dei, sanè
 ge præti
 huic mag

posui, videlicet omnium quæ sunt in mundo rerum, nihil neque melius, nec prætiosius, neque adeo vtilius, quàm Dei essentiam & voluntatem rectè nosse, & quod hæc noticia hauriatur ex verbo Dei, in quo & se ipsum & voluntatem suam patefecit.

Verum ne quis patiat se à Diabolo atque huius membris seduci, sciendum est quod non aliunde sit quærendum Verbum Dei, quàm ex Mosis, Prophetarum, Euangelistarum atque Apostolorum scriptis, qui testimonio ornati sunt Dei omnipotentis, qui æterna est veritas & mentiri non potest, quemadmodum inquit Paulus.

Verum, obijciat aliquis, aut sentiat saltem secum in corde suo, quod multi faciunt, etiamsi ore non exprimant, hoc modo : Si certi essemus illud verbum re ipsa esse ipsius Dei, sanè esset rerum omnium longè prætiosissimum, sed aduersatur huic magna ex parte mundus, & pauci

pauci sunt, qui illud amplectuntur & paucissimi horum, qui iuxta illud viuunt. Imo etiam plurimi, qui ore quidem verbum Dei esse confitentur, vita tamen & moribus, contrariis ipsi verbo, de quo solenniter gloriantur, idem pernegant?

Hæc procul omni dubio illa est tentatio, quam primis nostris parentibus inspirauit Diabolus, qua etiam eos seduxit, nec cessat hodie indefesso studio, hac arte sua veteratoria, quam plurimos circumuenire ac perdere. In primis itaq; necessarium est omnibus Christianis, habere in promptu, de certitudine verbi Dei, firma argumenta atque certas demonstrationes, quæ in veteri & nouo Testamento passim reperiuntur.

Duo autem sunt in vniuersum testimoniorum genera, quibus doctrina Ecclesiæ in libris Prophetis & Apostolicis tradita, verè à Deo ipso profecta atq; inspirata conuincitur. Horum primum est testimonium externum

ternum,
cordibus
Estert
in sensus
tatis cœl
tè transm
quarum f
cédam do
nem infal
optimo D
stræ infirm
Prima i
nij est pat
Deus ipse
cedens, p
am volunt
Euangelij
diuersitate
andem do
bis inculc
qualdam
mus.
Princip
plum app
Euangelij

ternum, Alterum verò Internum in
cordibus singulorum piorum.

Externum testimoniū voco, quod
in sensus hominum incurrit, vt veri-
tatis cœlestis splendorem ad men-
tē transmittat. Huius sex sunt partes,
quarum singulæ etsi per se, ad eui-
cēdam doctrinæ Ecclesiæ certitudi-
nem infallibilem sufficerent, tamen
optimo Deo placuit tot modis no-
stræ infirmitati succurrere.

Prima igitur pars externi testimo-
nij est patefactio diuina, per quam
Deus ipse, de sua arcana sede pro-
cedens, propria voce reuelauit su-
am voluntatem de doctrina Legis &
Euangelij. Et quamuis Deus sæpius
diuersis temporibus se patefecerit, e-
andem doctrinam alijs atq; alijs ver-
bis inculcans, nos tamen selectiores
quasdam apparitiones Dei recitabi-
mus.

Principiò itaque Adamo post la-
psum apparuit & doctrinam legis &
Euangelij primus sua voce tradidit.
Quod

Quod enim pœnas infligit ob contumaciam parentibus nostris, in perpetuum testimonium iræ suæ aduersus peccatores, ad legē pertinet. Quod vero promisit, Semen mulieris contritum caput serpentis, vox Evangelij est.

Deinde apparuit Deus Nohe, & facto stupendo utramq; doctrinam Legis & Evangelij confirmavit. Nam cum impœnitentes diluuium perdidit, legis suæ sententiam executus est. At cum Nohe credentem verbo suo & obœdientem sibi fide, liberat, testimonium edidit, seruatae promissionis gratiæ, quæ est Evangelij.

Post diluuium apparuit Deus Abrahamo decies, eius filio Isaac bis, & Nepoti Iacobo septies. In quibus apparitionibus non diuersa sed eadem semper doctrina de semine mulieris, hoc est, de CHRISTO IESU saluatore nostro, proposita est.

Post

Post h
ruit Dom
Legis & E
stupendis
enim refe
lamitas Pl
tum. Ad
tio illa glo
domo seru
singula, fig
in quo De
lum cum or
cipiet ad
quot quot
constanter
In nou
idem Deus
celo & pro
doctorem
Hic est filii
mihi comp
Ac si dicer
mulieris c
pentis, &
meam in b

Post hæc in Aegypto Mofi apparuit Dominus, vtramque doctrinam Legis & Euangelij repetens, & factis stupendis confirmans. Ad Legem enim referenda est iusta pœna & calamitas Pharaonis & huius satellitum. Ad Euangelium vero liberatio illa gloriosa populi cum Mose ex domo seruitutis Aegyptiaca. Quæ singula, figura sunt nouissimi iudicij, in quo Deus condemnabit Diabolum cum omnibus suis affeclis, & recipiet ad se in æterna tabernacula quot quot Christo viua & vera fide constanter adhæserunt.

In nouo quoque Testamento idem Deus suum verbum sonuit de cœlo & proprio ore nobis Christum doctorem commendauit, dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, hunc audite. Ac si diceret, Olim promisi semen mulieris contriturum caput serpentis, & reparaturum imaginem meam in homine, sublata legis maledictio-

ditione, Ecce hic adest, eum audite, quibus vita & salus cordi est. In hoc enim mihi complacui, hoc est, per hunc reconciliatus sum mundo, id est, omnibus ijs, qui ipsum fide receperint.

Has omnes apparitiones cū multis alijs, in quibus eadem semper doctrina est inculcata, opponamus ipsi Diabolo & omnibus impijs Sophistis, Mahometistis, incredulis Iudæis, prophanisq; gentibus & propriæ denique rationi & sapientiæ carnali, ascribentes soli Deo laudē veritatis.

Secunda pars Externi Testimonij est varietas miraculorum, hoc est, peculiariorum & extraordinariū operum Dei, quæ à nulla creatura fieri possunt. Hæc omnia fecit Deus vt nostræ imbecillitati succurreret, vt cum in oculos externa hæc miracula incurrerent, mente statueremus Dei esse doctrinam, quæ eiusmodi operibus quasi sigillis confirmatur.

Etsi autem hæc miracula innumera sint

ra sint inc
tempora
est omniu
ment veri
nam Legi
In veter
miracula e
uio & post
pro & post
in deserto
spacio. Sit
dicum, Re
lonicæ & M
uentum C
gnabant ea
repetitam.
Noui aut
la sunt non
sto facta, de
Si mihi non
bus meis. I
dignum est
resurrexit
conspectu
visibiliter

ra sint inde ab initio mundi vsq; ad tempora Apostolorum, tamen vnus est omnium scopus & finis, vt confirmet veritatem Dei, hoc est, doctrinam Legis & Euangelij.

In veteri Testamento reperiuntur miracula edita ante diluuiū, in diluuiō & post diluuium. Item in Aegypto & post exitum ex Aegypto, atq; in deserto quadraginta annorum spacio. Similiter tempore Iosua, Iudicum, Regum, captiuitatis Babilonicæ & Maccabæorum vsq; ad aduentum Christi, quæ omnia obfignabant eandem doctrinam sæpius repetitam.

Noui autem Testamenti miracula sunt non minus stupenda à Christo facta, de quib. ad Iudæos inquit, Si mihi non creditis, credite operibus meis. In primis hoc consideratu dignum est, quod Christus tertio die resurrexit à mortuis & postea in conspectu quingentorum fratrum, visibiliter ascendit ad cœlos, atque

B ita

ita compleuit primam promissionem factam Adamo.

Hæc omnia, immo vel vnum horum miraculorum sufficeret nobis, vt verbo Dei crederemus, sed ita visum fuit Deo nostræ infirmitati horum varietate succurrere.

Tertia pars externi testimonij est certissima prophetiarum completio, quæ testatur per os suorum ministrorum, Deum ipsum locutum esse. Habemus enim immotum fidei nostræ fundamentum quando prædictionibus de Messia seu Christo, factis à Mose, Dauide, Daniele & alijs Prophetis, respondere videmus historiam Euangelicam. Firmitas fidei, inquit Augustinus, in eo est, quia omnia quæ eueniunt in Christo, prædicta sunt. hinc fides nostra concludit hoc modo.

Is solus absq; omni dubio est verus & vnicus Messias & saluator mundi, in quem solū congruit, quicquid prædictū est de Messia à Mose & omnibus

omnibus
In solu
gruit qu
Messia à M
Prophetis
Igitur so
lius, est sol
& vnicus h
Supra h
uerunt Ap
Paulus fide
creditoræ e
demonstra
& euentuū
Hac de re le
Adeund
Prophetaru
clesiæ graui
quas exequ
& Mahome
perimur. Hi
gamus adue
rores Mah
ferimus eu
ctis vaticin

omnibus alijs Prophetis Dei.

In solum Iesum Mariæ filium, congruit quicquid prædictum est de Messia à Mose & reliquis omnibus Prophetis Dei.

Igitur solus Iesus Mariæ virginis filius, est solus absq; omni dubio verus & vnicus Messias & saluator mundi.

Supra hoc fundamentum ædificauerunt Apostoli Christi, Petrus & Paulus fidem gentium, quæ nunquã credituræ erant in Christũ, nisi ipsis demonstrassent hanc prædictionum & euentuũ in Christo congruentiã. Hac de re legatur Acto. 17. 2. Pet. 1.

Ad eundem quoq; modum, extãt Prophetarum prædictiones, de Ecclesiæ grauissimis persecutionibus, quas exequi Antichristum Romanũ & Mahometum, hodierno die experimur. Hic nos consolamur & erigamus aduersus regnum Papæ & furores Mahometicos, quando conferimus euentũ cum longè antea factis vaticinijs. De Pontificis Romani

B 2

&

Mahometi Tyrannide prædixerunt
 Ieremias & Daniel, hæc autem cum
 euenisse videmus, quid restat quo
 minus statuamus euentura quæ præ-
 dicta sint de aduëtu regni Iesu Chri-
 sti, quo videlicet in nouissimo die ap-
 parebit, excitaturus omnes à mortu-
 is, eos quidem qui bona fecerunt in
 resurrectionem vitæ, qui vero mala
 egerunt, in resurrectionem Iudicij,
 quemadmodum de hoc vberius nos
 tota sacra scriptura passim docet.

Quarta pars externi Testimonij
 est Mosis, Prophetarum, Christi, Apo-
 stolorum ac Catholicæ totius Eccle-
 siæ consensus in doctrina & cultu.
 Nam hi omnes vnanimi consensu,
 eandem Legis & Euangelij doctri-
 nam, eandemq; colendi Deum ratio-
 nem tenuerunt. Neq; hunc consen-
 sum diuersitas ceremoniarum, quæ
 pro ratione temporū mutatae sunt,
 turbauerunt, eodem manente vbiq;
 veræ & salutaris doctrinæ fundamen-
 to. Quod si diuinitus non fuisset in-
 spirata

spirata ha
 quam co
 Deiminit
 sequi ead
 do, par est
 dem vera
 nec vsqua

Quinta
 est duratio
 inde à mun
 pus & por
 mum. Huc
 rû 5. Cum
 sti opprime
 filium inire
 rexit legis c
 liel & ait, S
 filium hoc
 Si vero ex I
 foluere, ho
 affirmat, qu
 sum non p
 rum.

Sexta p
 cruenta r

spirata hæc doctrina, tantus neutiquam consensus extitisset, in hisce Dei ministris, quos successores horum sequi eadem docendo & proponendo, par est. Id ubi fit, necesse est ibidem veram esse Christi Ecclesiam nec usquam sine hoc alibi.

Quinta pars externi testimonij est duratio & conseruatio Ecclesiæ inde à mundi initio ad hoc usq; tempus & porro in diem iudicij nouissimum. Huc facit illud quod est Actorum 5. Cum aduersus Apostolos Christi opprimendos insurgerent & consilium inirent scribæ & Pharisei, surrexit legis doctor senior ille Gamaliel & ait, Si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur. Si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere, hoc est, quod ipse Christus affirmat, quod aduersus suam Ecclesiam non præualebunt portæ inferorum.

Sexta pars externi testimonij, est cruenta multorum martyrum confessio.

B 3

fessio

fessio inde vsq; ab Abel, in hunc præ-
 sentem diem. Dicuntur enim mar-
tyres, quod non solum ore sed etiam
sanguine suo testificarunt de verita-
te doctrinæ coelestis. De Ignatio dis-
 cipulo Iohannis memoratu dignum
 refertur. Quod cum aliquando mi-
 nis cogeret eum Tyrannus vt abne-
 garet Christum, responderit: quo-
 modo negare eum possum cuius no-
 men gero cordi meo inscriptum?
 hoc audito, iussit Tyrannus, Ignatij
 corpus disseccari & cor exemptum in
 minutiores particulas diuidi: quod
 cum fieret, inuentū est nomen I E -
 s v s in singulis scissuris cordis mani-
 festè descriptum.

Alterū testimoniorū genus, quo
 doctrinæ Ecclesiæ certitudo confir-
 matur, est interna certificatio per Spi-
 ritum sanctum, ob signa autem corda
 hominū credentiū, de veritate Euan-
 gelij, de hoc loquitur Paulus 2. Cor. 1.
 Deus est qui vnxit & signauit nos in
 Christo, & dedit pignus Spiritus in
 cordib, nostris

Hanc

Notatur
 Signa

Hanc
 imprimi
 inuocati
 proficisc
 cordibus
 quo cer
 promissio
 Hacten
 testimonia
 doctrinæ
 mota inni
 in animis
 firmant,
 sed abun
 in omni co
 Hoc Ve
 monijs co
 in totum c
 Deus, &
 sibi ex tot
 am, quan
 uit vitæ &
 sū prinde
 pios mag
 in Eccle

Hanc certificationem sentiunt pij imprimis, in ardenti & særia Dei inuocatione. Nam cum ex vera fide proficiscuntur preces, experimur in cordibus nostris responsum Dei, quo certiores reddimur de diuinis promissionibus.

Haftenus enumeraui breuiter testimonia, quibus ceu fundamentis doctrinae Christianae certitudo immota innititur. Faxit Deus, vt hæc in animis multorum efficaciter confirment, vt amplius non vacillent, sed abundant indies magis magisque in omni cognitione & sensu.

Hoc Verbum Dei ita certis testimonijs comprobatum, promulgari in totum orbem terrarum mandauit Deus, & huius ministerio colligit sibi ex toto genere humano Ecclesiam, quam per Christum prædestinauit vitæ & salutis æternæ. Hoc ipsum proinde verbum, promouere decet pios magistratus, vt purè ac syncerè in Ecclesijs & scholis tradatur & ad

B 4 poste

posteris transmittatur. Cuius rei curam cum ad se spectare animadvertissent pijsissimi & sapientissimi principes & Reges Daniæ, inclytam hanc Academiam Hafniensem fundarunt, atq; amplissimis insuper stipendijs locupletarunt, vt in hac erudiantur, qui in tradenda pura doctrina Euangelij, patriæ aliquando inferuire cum fructu queant.

Ego autem vocatus in hanc Academiam, vt studia discentium, meis laboribus iuuarem, cum multa hactenus latinè in sacrosancta Theologia, & viua voce docuissem, & publicis literarum monumentis consecrassem, placuit nunc hoc scripto vernacula lingua edito, studia pietatis promouere in ijs, qui latini sermonis ignari sunt. Contraxi in hunc libellum ex scriptis Prophetis & Apostolicis ea omnia, quæ ad salutem consequendâ homini Christiano cognitu necessaria sunt. Et volo hunc ipsum libellû extare loco meæ confessionis-

ffionis
stianæ r
annos ci
schola H
Quod
Heroge
id factum
morem p
quæ mihi
nis iam co
vsque ab e
cus ac ge
Nicolaus
næ, primi
Oro De
um vnige
Iesum Ch
in hoc re
fui nomin
litem, & S
natus eor
clesiastic
uangelium
destrutto
in cordi

fessionis, de singulis articulis Christianæ religionis, quam hætenus annos circiter triginta, in Ecclesia & schola Hafniensi publicè proposui.

Quod autem sub vestro nomine, Heros generose edere hunc placuit, id factum est, vt me declararem memorem plurimorum beneficiorum, quæ mihi præstita sunt à vobis, annis iam continuis viginti vno, inde vsque ab eo tempore, quo magnificus ac generosus vir, frater tuus, Nicolaus Kaaes, meæ fidei & disciplinæ, primum commissus fuit.

Oro Deum, vt propter filium suum vnigenitum, Dominum nostrum Iesum Christum, puritatem verbi sui in hoc regno Daniæ conseruet, in sui nominis gloriam & multorum salutem, & Spiritu suo sancto regat conatus eorum, quotquot aut in Ecclesiastico aut politico munere, Euangelium ipsius promoturi sunt, vt destructo regno Diaboli, ædificetur in cordibus nostris templum Christi

B 5 Amen.

Amen. Vos quoq; ,vt quàm diu-
tissimè ex gratia & bonitate Dei, sal-
ui atq; in columes conseruimini, op-
to ex toto pectore, à Deo per Ie-
sum Christum dominum nostrum.
Haffniæ ipso die festo Martini Anno
Domini M D LXX.

*Vinite felices
Fundatis at her
Atq; fatigatis
Quos via pra
Sufficit exulsi
Non vanum m
Felices anima
Hanc vnam mo
Naufragij prin
Ducere ad opt
Vinite, quamq;*

*Viuite fœlices animæ , sitientibus agris
 Funditis æthereos viuo qui fonte liquores :
 Atq; fatigatis ingenti mole dolorum,
 Quos via præsentis vitæ , via plena laborum
 Sufficit exulibus , placato numine , Regni
 Non vanum monstratis iter cœlestis in aulam.
 Fœlices animæ quibus hæc sententia cordi est,
 Hanc vnâ monstrare viam , lacerasq; tabellas
 Naufragij prima submersas labe parentum,
 Ducere ad optati gratissima littora portus.
 Viuite, quamq; alijs monstratis viuite vitam.*

*Iohannes Franciscus
 Ripensis.*

GENEROSIS ET
 PRAECLARIS IUVENI-
 BVS, HENNINGO VALKEN-
 dorp & Nicolao Schae, Dominis & Pa-
 tronis suis plurimum colendis,
 salutem.

*G*rauiſſima eſt, & imprimis neceſſa-
 ria ſententia, Regij Vatis Dauidis
 pſalmo 119.

In quo mundam faciet Adoleſcen-
 tior viam ſuam? in cuſtodiendo
 ſermones tuos.

*Quo verſiculo, non ſolum admonet iu-
 uentutem, agnatorum ſuae atatis errato-
 rum, Verumetiam infallibilem normam
 proponit, ad quam mores & totius vite
 conſilia accommodentur.*

*Vt enim de adultis nihil dicamus, quo-
 rum animi, aut ob perditè plerumq; trans-
 acta vite recordationem, perpetuis agi-
 tantur cruciatuum tempeſtatibus, aut ob
 infælicium conſiliorum euentus & metus,
 frequentibus errorum circumaguntur la-
 byrinthis, quàm crebra & iuſta ſunt, de
 corrupta iuuentutis prauitate, in ſacris li-*

tres

teris & ad
 ritur de ha
 Eignum
 adoleſcenti
 Ab ha
 quaritur,
 Delicta, in
 greſſiones m
 Eius men
 quies: Stulti
 virga corre
 Et Poet
 lis idem expr
 Cereus in n
 Vitium tard
 Sublimis, cup
 Hac ea eſt
 ſa, Iuuenili a
 tas, qua mudi
 cior nititur in
 rarij calor
 enormitatem
 labor, licere
 Hac ſibi
 viperina ſe

teris & alibi etiam querela? Conqueritur de hac ipse Deus, Gen. 8. cum inquit, Figmentum cordis humani malum est, ab adolescentia sua.

Ab hac se David grauius premi conqueritur, & liberari petit, Psalmo 25. Delicta, inquit, Iuuentutis meae & transgressiones meas ne memineris.

Eius meminit Salomon Prouerb. 22. in quies: Stulticia colligata est in corde pueri, virga correctionis elongare faciet eam ab eo.

Et Poeta ethnicus, luculentis versiculis idem exprimit,

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vitium tardus promissor, prodigus axis,
Sublimis, cupidusq; & amata relinquere pernix.

Hac ea est, Deo & ipsius verbo aduersa, Iuuenili aetate nimis communis prauitas, qua multiplici impetu instincta, ferocior nititur in vetita, incautior ruit, temerarij caloris rapta incendijs, in quamuis enormitatem, & impunè etiam sibi quod lubet, licere etiam falso persuadet.

Hac est illa errorum fecunda mater,
viperina seu cadmea sobolis infelix & noxia pa-

*xia parens, unde præcipitãtia, temeritas,
inopia consiliorum, inscitia, leuitas, luxus,
ambitio, curiositas, aselgia, & qui cateri
nepotes, longo hinc ordine, in iuuenili ca-
stra metantur sanguine.*

*Et quotusquisq; tamen est, qui, pro
dolor, hæc sua, etiam notoria crimina &
flagitia animaduertat? applaudet in super
sibi stultè, & ubi grauissimè deliquit, qua-
si re benegesta, sese effert, tantum abest, ut
metu iustæ pœna aut afficiatur, aut de mo-
rum emendatione, saltem aliquam apud
se rationem ineat.*

*Potissimam ac florentissimam eui par-
tem, tum demum elapsam dolentes ani-
maduertimus, cum eius magna pars nihil
agendo, maior aliud agendo, maxima
malè agendo, absunta diffluxit. Et vix
etiam tum sero de veris virtutis officijs ac
vita rectè dispensanda cogitare incipimus.
Plurimi, cum inutilia terræ pondera, ne
sibi ipsis quidem, quanto minus alijs, ad-
mimularare & opere esse salutaria possunt,
iam demum agri, vitam non viam sed
deuia fuisse agnoscunt. Fortè quod tum
promptæ*

*promta est
cultus ege
Fidelis i
toris ac peri
gitur Dauid
torum admo
etiam schola
ta iuuentus
mudam ing
Deo multa gr
Consilium
tum feri pote
ra pietatis &
mus. Amplect
bum Dei. In
nostra die ac n
bis eripi, opum
illecebris ac fa
deseramus, ad
& fulmine im
occiderit me, ta
Hac ea est v
quã nobis hoc l
Qui hanc ipse
non Lesbiam*

promta est voluntatis, à potentia & facultatis egestate excusationem mutuatur.

Fidelis igitur pedagogi & probi monitoris ac periti quasi medici officio, hic fungitur David, qui horum iuventutem erratorum admonet, nec admonet tantum, sed etiam scholam aperit, in qua trita & erudita iuventus, sordes vitæ elapsæ eluat, & mūdā ingressa viam, faciat in posterum Deo multa grata & placentia.

Consilium Davidis hoc est, ut quantum fieri potest, cum ipso lacte materno, vere pietatis & timoris Dei semina imbibamus. Amplectamur & exosculemur verbum Dei. In hoc meditatio ac delectatio nostra die ac nocte, Nec patiamur illud nobis eripi, opum, voluptatum aut honorum illecebris ac fallacibus escis. Nec ipsi illud deseramus, aduersa fortuna tempestatibus & fulmine impetiti ac prostrati. Etiam si occiderit me, tamen sperabo in eum. Iob. 13.

Hæc ea est vera custodia sermonum Dei, quā nobis hoc loco Regius cōmendat vates. Qui hanc ipsius normam sequitur, nã ille, non Lesbiam Regulã, sed quouis filo Theseo, certio-

certiorem & tutiorem ducem habet, qua
nec ipsa labi aut fallere, nec decipi aut er-
rare potest.

Accurata enim indiget obseruatione,
quod David ad sermones Dei, non ad no-
stra nos consilia, nec ad voluntates homi-
num occultas, multipliceseq; naturas, nec ad
vlla deniq; scripta, humano elaborata ar-
tificio, ableget.

Etsi enim nobiscum afferimus in hanc
lucem, principia ipsius legis naturæ, cordib.
ac mentibus nostris inscripta, unde discri-
men honestorum & turpium, & alia re-
rum vite utilium noticiæ promanant, ta-
men ita est natura hac corrupta compara-
tū, ut quæ bona quodāmodo cognoscamus,
iudicemus & amplecti etiam gestiāmus, ea
mentis vanitate suffocata, intellectus tene-
bris ac cordis deniq; obduratione perturba-
ta, naufragi amittāmus, & in transuer-
sum, Scyllæ ac Carybdidis vorticibus, plenis
ac pronis velis, vani, cæci, obdurati fera-
mur ac sponte rapiamur.

Atq; hæc una est etiā causa, cur pietatis
solide institutioni ac pedagogia, præfici nō
potest

potest philoso
ad summā bo
Ado quo
tis diuinis lon
ficientia. Nam
quemadmodu
oculis stabilit
do bona opera
ant, ne verbum
tus sancti enim
nulla in his ext
dicere opus est
philosophia ser
verbis) in pau
ut credant mag
rat omnem hum
multiformem ce
reliqua sidera
Ad hoc nos
vid. Hanc sapie
suis filiis apud S
vita, totus nos
rum chorus una
tat. In hoc, vera
offert ipse Chri

potest philosophia quæ præceptis et exemplis nos ad summū bonum, se perducturā spondet.

Addo quod eiusmodi scripta, sint scriptis diuinis longè recentiora & planè insufficientia. Nam finem hominis ita monstrāt, quemadmodum res in aquis motis, quæ oculis stabiliter se non offerunt, & quomodo bona opera fieri possint atq; Deo placeant, ne verbum quidem loquuntur: Spiritus sancti enim & uirga in Christum fidei, nulla in his extat mentio. De cæteris quid dicere opus est? Non restat, nisi ut ipsos philosophiæ sermones pronos (utar Basilij uerbis) in pauimēto Christi prosternamus, ut credant magni Dei uerbo, quod obscurat omnem humana mentis flexibilem & multiformem cogitationem, sicuti luce solis reliqua sidera offunduntur.

Ad hoc nos uerbum uocat hoc loco Dauid. Hanc sapientiam offert, ipsa sapientia suis filijs apud Solomonem. Ad hunc fontē uitæ, totus nos Prophetarum & Apostolorum chorus unanimes & affabili ore inuitat. In hoc, ueram beatitudinem collocat & offert ipse Christus Dominus & Saluator

C noster

noster, cum inquit, Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud.

Quis ergo tam ignaui aut efferi est animi, qui etsi grauissimas pœnas contemtus huius diuini Thesauri, a quo animo aestimare non possit, tam manifestè necessaria eius utilitate, non capiatur? Hic vita, salus, beatitudo, & quæ in vniuersum omnia homini verè beato expetenda sunt, gratis & affatim exhibentur.

Quam magnifica, quàm suauia sunt promissa apud Solomonē, Prouerb. 3. Beatus est qui inuenit sapientiam & qui consequitur intelligentiam, quia melior est fructus eius, quam argenti, & auro prouentus eius vberiores sunt, præstat gemmis & preciosa omnia vincit. Vita propagatio est ad dexterā illius & ad sinistrā diuitiæ & gloria. Vita eius amabilis est & fœlix. Securus ambulabis in via, nec pes impinget, & c.

Longum foret singula recensere, quæ vera & copiosa oratione, toto libro sapientiæ commemorantur, illud de Ioseph addidisse sufficiat ex cap. 10. Hæc venditum
instum

instum
liberuit
ueam, Et
donec affer
tentiam ada
bant, & ac
guit, ac glori
Tanti fe
David, ut di
super millia a
Præ huius
tum Regium
duum illud
hoc fretus el
admirabilis e
Sed quid e
nare contendo
ce animo conc
potest, quin i
& utilitate
rent mysteria.
Ad vos quæ
non dubito quæ
qua ab ipsi
risimis vesti

*iustum non dereliquit, sed à peccatoribus
liberauit eum, descenditq; cum illo in fo-
ueam, Et in vinculis non dereliquit illū,
donec afferret illi sceptrum regni, & po-
tentiam aduersum eos, qui eum deprime-
bant, & accusatores eius mendacij coar-
guit, ac gloriam conciliauit ei sempiternā.*

*Tanti fecit hoc lumen suorum pedum
David, vt dicat, Melior mihi Lex oris tui,
super millia auri & argenti.*

*Præ huius amore, Daniel cibum & po-
tum Regium gustare renuit, hoc duce ar-
duum illud conscendit honorum culmen:
hoc fretus clypeo leonum obturauit ora, &
admirabilis erat in omni virtute & opere.*

*Sed quid ego mei oblitus, ea verbis or-
nare contendo, de quibus nihil ita magnifi-
cè animo concipi, nedum fando exprimi
potest, quin id dignitate, virtute, efficacia
& utilitate longè longèq; diuina exupe-
rent mysteria.*

*Ad vos quod attinet, generosi iuuenes,
non dubito quin pro egregia vestra pietate,
qua ab ipsis statim incunabulis, estis à cla-
rissimis vestris parentibus accurate imbu-*

ti, idem hac in parte mecum sponte sentia-
tis. Nec me aliud de vobis existimare pati-
tur eximia illa diligentia, quam in vobis
erudiendis, gener reuerendi Domini, præ-
ceptoris, Doctoris Hemmingij, vir eruditif-
simus, Magister Nicolaus Hamerus, græ-
carum in Academia Hassniensi literarum
professor ordinarius, aliquot iam annis, nõ
sine fruge & sænore, posuit. Quod si per-
gere, vt cœpistis, pergatis, haud dubiam
concepimus spem, vos patriæ maximo fu-
tueros ornamento & adiumento.

Habet uterq; quibus ad hæc præclara
pietatis & virtutis studia incitetur, præ-
ter alia, domestica quoq; vetera & noua,
egregia exempla.

Tibi, HENNINGE, calcaria addant,
heroica facta patris tui magni, ERICI
VALKENDORP, Archiepiscopi quon-
dam Nidrosiensis. Qui duabus (vt alia
taceam) maximè rebus, vehementem pro-
pagandi gloriam Dei Zelum, declarauit.
Primum quidem, quod præter quinqu-
aginta illustria templa in vrbe Nidrosiensi,
quæ egregiè ditauit, unicum illud præci-
puè

puè, toto orbe
rabile, incend
quor millium
restruendo e
quo eluxit lau
GRONLAN
clesia Christian
cere conabatur
auspicij & sum
rum dicere ausi
positum, iam in
isset. Insula
ab Erico Rand
nongentimo ac
primum & exca
ab anno Christi
lesimum trecent
ta, usq; dum n
nis sit planè inc
si non lucri aut
pagandi gratia
gely causa, ad
gandi, ab Her
profectionem
tam dilucida

puè, toto orbe imprimis celebre & memorabile, incendijs deformatum, proprijs aliquot millium florenorum impensis, in choro extruendo exornauit. Alterum verò, in quo eluxit laudabilis ipsius Zelus, est quod GRONLANDIAM, ad societatem Ecclesie Christiana, ceu filium perditum reducere conabatur, & reduxisset etiã proprijs auspicijs & sumtibus, nisi culpa, nescio quorum dicere ausim, gloriosum hoc eius propositum, iam inchoatum, interruptum fuisset. Insula est GRONLANDIA, ab Erico Raudero Noruago, Anno Christi nongentesimo octogesimo septimo inuenta primum & exulta, sed incuria nostrorum ab anno Christi octogesimo tertio supra millesimum trecentimum, paulatim neglecta, vsq; dum nobis, iam multis retrò annis sit planè incognita. Exoptandum erat, si non lucri aut imperij septentrionalis propagandi gratia, saltem restaurati Euangelij caussa, ad miseros istos fratres propagandi, ab Heroicis animis laudatam hãc profectionem urgeri ac suscipi, cum extet tam dilucide digito quasi monstrata, ipsius

ERICI opera confecta ac descripta, in
hanc terram navigatio.

Habes etiam, HENNINGE, eum
qui tibi patris defuncti est loco, patrum
tuum, CHRISTOPHERUM VAL-
KENDORP. Dominum de Glorup, regi-
um Gothlandia praesidem, virum genere,
virtute & eruditione verè nobilem. Qui
est non solum litterarum & litteratorum
fautor egregie litteratus, sed & prudentia,
humanitate & fortitudine nulli nostro-
rum secundus, & ut vno dicam verbo,
dignus aeterna & intemerata memoria,
IOHANNIS FRIIS, vestri consan-
guinei, alumnus. Cuius vitam, si tuis
effingere & exprimere moribus coneris,
nihil quicquam, aut huic gratius, aut tibi
utilius experieris.

Ad eundem quoque modum, NICOLAE,
pone tibi ob oculos, patrum tuum mag-
num, NICOLAVM SCHAVE, can-
cellarium quondam, potentissimi regis,
inclytæ memoria, IOHANNIS Daniae,
Suetiae, Noruegiae, Vandalorum, Gotho-
rumque Regis &c. Hunc tuum patru-

um

um eucir
lis Roskil
præstata,
in eo erant
quib. magna
infernuit.
sed & præcl
De patre
VE, Domini
quid opus est
suis humani
ctam. fortit
Noruegia, p
da eluxit tan
nissima conse
Sed ne lo
nostrum TE
consobrinum
universis, tu
nis, aequalib
solum sufficia
nis, eruditio
iamdudum l
trionalem E
ti atq; præsi

um euexit ad dignitatem sedis Episcopalis Roskildensis, ipsius pietas, eruditionis præstātia, virtutis existimatio, & alia quæ in eo erant viro, ingenij dotes amplissimæ, quib. magna cum laude utriq; Reipub. diu inserviuit. Hunc ut non nomine tantum, sed & præclarè factis, æmuleris contende.

De patre tuo HERMOLAO SCHAVE, Domino de Eskilstrup, commemorare quid opus est, cum præter incredibilem ipsius humanitatem, omnibus bonis perspetam, fortitudo etiam animi, in superiori Noruagia, proximo bello Suetico, defensanda eluxit tanta, ut æterna laude ea dignissima censenda veniat.

Sed ne longius diuagetur oratio, Vnū nostram THYCONEM BRAHE, consobrinum tuum, non tibi tantum, sed vniuersis, tui in nobilitate Danica ordinis, equalibus imitandum, vel nominasse solum sufficiat. Cuius, etiamnum Iuuenis, eruditionis & virtutis fama, totum iam dudum hunc penetravit orbem septentrionalem Europæ. Et quantum ornamenti atq; præsidij, in hoc, patria nostra reposi-

tum habeat, indies magis atq; magis cordatiores & prudentiores agnoscunt. ut maturescat hoc, absq; sinistris fortuna & factorum impedimentis, faxit Deus.

Ego porro generosi Iuvenes, ut pulcherrimos vestros, in hoc pietatis & litterarum studio, progressus incitem atq; adiuuem, libellum hunc offero. Quem ex idiomate nostro Danico, hortatu ipsius auctoris, reuerendi Domini praeceptoris, Doct̃oris Hemmingij, mutuato eiusdē ferme stylo, transluli, non tam ut iuuentuti in nostris scholis, quā ex teris, qui avidē eius scripta omnia meritō legunt & expetunt, inseruierem, nec dubito, quin huic labori euentus respondebit optatissimus. Vestrū erit hanc meam vobis gratificandi voluntatē, aequis animis accipere. Deus pater Domini nostri Iesu Christi, vos diu florentes & incolumēs conseruet, & studia vestra in sui nominis gloriam promouere dignetur Amen. Haffnia, Cal. Maij, Anno Christi M. D. LXXIII.

Vobis addictissimus
Andreas Seuerinus V.

V.
CHRIS
THODOX
plectens pr
capita, qu
seque

TOrum
bris ign
veram salutis
nisi a Deo ip
tare, in verat
indicat regi
Psalmo cente
bis: Lucerna
um. Quasi c
fine tuo verbo
errare, ita eti
vice lucerna:
ingredior via
praeunte luc
bum sequor,
mē possum.
nibus in mun
etiam de cau
immerito co
pastore pro

VIA VITAE.

CHRISTIANA ET ORTHODOXA INSTITVTIO, COMPLECTENS PRÆCIPUA CHRISTIANÆ RELIGIONIS CAPITA, QUÆ HOMINI AD SALUTEM CONSEQUENDAM COGNITU NECESSARIA SUNT.

Totum genus humanum, a deo tenebris ignorantiae occæcatum esse, vt veram salutis viam, ne intelligat quidē, nisi à Deo ipso, per verbum ipsius salutare, in veram hanc deducatur semitam, indicat regius & diuinus vates David, Psalmo centesimo decimo nono, his verbis: Lucerna pedibus meis Verbum tuum. Quasi diceret: Quemadmodum sine tuo verbo, Domine, necesse est me errare, ita etiā beneficio tui verbi, quod vice lucernæ ad salutem mihi duco, verā ingredior viam, & quam diu hanc me præeuntē lucernam, tuum videlicet verbum sequor, errare aut hallucinari minimè possum. Quod similiter cæteris omnibus in mundo hominibus accidit. Quæ etiam de caussa, ouibus errantibus non immerito comparantur, quas ab ouili ac pastore procul diuagantes, oportet, mo-

C 5 do

magis cor-
at. vt ma
na & fa-
as.
vt pulcer-
litterarum
, adiuuem,
x idiomate
atoris, reue-
toris Hem-
sylo, trans-
nostris scho-
e eius scripta
unt, inferni-
bori euentus
ū erit hanc
ntatē, a quis
Domini no-
tes & inco-
ra in sui no-
etur Amen.
isti M. D.
mus
Seuerinus V.



do reduci velint, vocem pastoris sui audire, & hanc ceu lucernā ardentem, subsequi.

Cum itaq; decreuerim præsentis scripto, de salutis via differere, placet imprimis hoc Dauidis sequi consilium & hanc salutiferam lucernam monstrare, quæ in æternam læticiam & salutem deducat omnes, quotquot in extremam mortis horam perseverantes, ipsam præuiam subsequuti fuerint.

Et quoniam hæc ipsa lucerna, quod verbū Dei nominamus, in duas partes, videlicet in Legem & Euangelium dividitur, principio proponam ex capite 22. Diui Matthæi, textum, qui quasi in tabella, ante oculos exhibet, hæc duo doctrinarum genera, quæ ad salutem cognitu maxime necessaria sunt. Deinde hæc duo summa capita, cum cæteris articulis, sub his compræhensis, particulatim, sed paulo copiosius atq; illustrius, ita declarabo, vt nihil quicquam intermittatur, quorum interest scire, credere aut facere eos, qui æternæ salutis compotes fieri desiderant.

V E R B A E V A N G E L I S T A E
H A E C S V N T, Matth. 22.

Pharisæi

Pharisæi
obturasse
runt in vr
vnus ex e
tentans e
quod est r
ge. Ait il
num Deu
& in tora a
te tua. Ho
mandatum
le est huic:
perinde ac
mandatis te
dent. Cong
interrogau
vobis videt
filius est? D
Quomodo
vocat eum I
Dominus D
tris meis, do
os scabellur
go David
modo filiu

Pharisæi autem audientes, quod obturasset os Saducæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis Legisdoctor quispiam, tentans eum, & dicens: Magister, quod est mandatum magnum in lege. Ait illi I E S V S, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est primum & magnum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum perinde ac teipsum. In his duobus mandatis tota Lex & Prophetæ pendent. Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de C H R I S T O, cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat

oris sui au-
entem, sub-

esenti scrip-
lacet impri-
um & hanc
rare, quæ in
em deducat
nam mortis
m prauiam

erna, quod
duas partes,
angelum di-
nani ex capite
, qui quasi in
bet, hæc duo
e ad salutem
sunt. Deinde
n cæteris arti-
is, particula-
g illustrius, ita
n intermittra-
edere aut fa-
is compotes

ELISTAE
th. 22.

Pharisæi

rat ei respondere quicquam, neque ausus fuit quisquam ex eo die, interrogare eum amplius.

In hoc textu recitati Euangelij, continentur quæstiones duæ summæ & grauiissimæ omnium, quæ ex sacra scriptura, de salute consequenda adduci possunt. Prima quæstio à Phariseis, altera à Domino nostro Iesu Christo, proposita est.

Pharisei insigni cordis malitia & ingenti odio, quo Christum prosequerentur, quæstionem de Lege mouent, & interrogant I E S V M, quodnam sit maximum mandatum in Lege. Cum enim C H R I S T V S condemnaret Phariseos, qui putabant se iuxta legem viuere, & introduceret Baptismum, cuius nulla fieret mentio in Lege, existimabant eum temerè aliquid dicturum aduersus Legem Mosis, vt ipsi hoc pacto haberent occasionem ipsum accusandi & tollendi è medio.

C H R I S T V S verò, misertus immensæ cæcitatæ Phariseorum, eos interrogat quid ipsis videatur de C H R I S T O, & cuius filius sit? idq; eo consilio facit, vt ipsi detur occasio, qua eos instituat & doceat ex scriptura, quid sentire debeant de

C H R I-

C H R I S T O
promisit A
sanctis patr

Porro vt
de Lege &
profectum
tres hinc de
diuina adiu

P R I M A,
Pharisei, C
conantur: &
farium propo
tur.

S E C V N D A,
& vlt.

T E R T I A,
de ipso sentia
sum salutem

P R I M A

Iudei & in
studio ageba
monibus sui
nullarentur
de ergo qu

CHRISTO, hoc est de illo, quem Deus promisit Adamo, Abrahamo, & reliquis sanctis patribus, mundi saluatorem.

Porro vt commodius hæ quæstiones de Lege & de **CHRISTO** nobis ad salutis profectum & institutionem inferuiant, tres hinc doctrinas seligam, quas ordine, diuina adiuuante gratia, declarabo.

I.

PRIMA, de causis, quibus impulsæ Pharisei, **CHRISTVM** è medio tollere conantur: & quibus artibus, ad hoc nefarium propositum absoluendum, vtuntur.

II.

SECUNDA, de vero Legi intellectu & vsu.

III.

TERTIA, de **CHRISTO**, nimirum quid de ipso sentiamus, & quomodo per ipsum salutem consequamur.

PRIMA DOCTRINA.

Iudæi & inprimis Pharisei hoc summo studio agebant, vt **CHRISTVM** in sermonibus suis irretirent, ac captum cauillarentur & demum neci traderent. Vide ergo quanta sit inuicem animorum diuer-

diuersitas, in CHRISTO & Pharifæis.

Iesus hoc solum quærebat, vt illos a peccatis liberatos, saluos faceret, Pharifæi autem astute ipsius verba captant, quo ipsum accusent atq; opprimant.

Hæc animorum prauitas adhuc, prohdolor, reperitur in multis, qui persequuntur eos, qui ipsis bene cupiunt & ipsorum salutis maxime studiosos se declarant. Sed vnde hoc tam ardens & insatiabile odium Pharifæorum in CHRISTVM? CHRISTVS taxabat eorum ingentia & multifaria peccata, videlicet arrogantiam, hypocrisin, auaritiam, & erroneam doctrinã, qua cum seipfos tum alios seducebant.

Homines arrogantes & superbi, ea sunt ingenij malitia, quod se admoneri ægrè ferant, & summa contentione eos persequantur, qui minuere aut impedire audent, eorum de se falso conceptam magnæ existimationis opinionem. Quapropter minus mirari licet, hosce tã superbos & arrogantes Pharifæos, CHRISTVM odio prosequi, qui vsq; & assidue ipsis in os dicebat ac damnando obiebat hanc ipsorum fœtidam superbiam, præsertim cum ipsi interim, ob ipsorum commodum atq; salutem id fieri à

CHRIST-

CHRIST
Hypocr
iustos repu
bus, quan
seditate at
similes de n
licet dealba
ant, intus
abominabili
ferunt eos,
que conden
Hac igitur
crita dare l
gloriam, qu
cunq; iustific
Dominum n
STVM confes
Ideo apud
illis CHRIS
tores præced
Porro si qu
in promptu ca
omni peccat
pria iusticia
dunt. Publi
sciunt atq; fat
propria potit
possint. C
diunt, faci

CHRISTO, non animaduerterent.

Hypocritæ vero cum hi sint, qui se iustos reputant, coram Deo & hominibus, quamuis interne pleni sint omni fœditate atque malitia, imo per omnia similes de mortuorum monumentis, quæ licet dealbata atq; foris ornata apparent, intus tamen scateant venenosa atq; abominabili spurcitie. itaq; non libenter ferunt eos, qui ipsos peccati arguant atque condemnent.

Hac igitur de causa, nolunt hi hypocritæ dare IESV CHRISTO eam gloriam, quod ipse solus iustus sit, & quicumq; iustificari velint, id per hunc solum Dominum nostrum IESVM CHRISTVM consequantur.

Ideo apud Matthæum Capite 21. dicit illis CHRISTVS: Publicani & peccatores præcedent vos in regnum Dei.

Porro si quæris, cur hæc ita se habent, in promptu causa est. Nam hypocritæ se omni peccato carere autumant, & propriæ iusticiæ, quam non habent, confidunt. Publicani autem & peccatores sciunt atq; fatentur se peccasse, atq; nulla propria potiri iusticia, qua freti gloriari possint. Cum ergo peccata argui audiunt, facilius præ Hypocritis, errata

con-

confitentur, & cum gaudio amplectentes concionem gratiæ, agunt pœnitentiam, vitæ prioris conuersationem relinquunt, ad DEVM per fidem in IESVM CHRISTVM se conuertunt atq; edunt fructus fidei. Huius rei exemplum est videre apud Lucam cap. 18. in Publicano & Pharisæo, quorum ille in templo procul stans orabat, hic cum magno fastu de sua gloriabatur iusticia.

Item Lucæ 7. in Simeone isto CRISTI hospite, & peccatrice illa, quæ ibidē pedes CHRISTI lachrymis suis lotos, capillis capitis sui tergebat.

Auaritiæ porro hæc similiter cognata est prauitas, quod à nemine argui se patitur, sed pallio parsimonix, sedulitatis atq; prudentiæ se tegere conetur. Cum tamen reuera, mera sit idolatria, quemadmodum Paulus docet. Homo enim auarus, plus spei collocat in mundi hisce momentaneis bonis, quam in DEO uiuente. Propterea mirum non est, Pharisæos odio habuisse, atq; totis viribus persequutos fuisse CHRISTVM, qui eorum nefandam auaritiã & diram Idolatriã iustè arguebat.

Quod item ipsorum errores circa doctrinã cœlestem CHRISTVS similiter argue-

guebat. neq;
mis. Clanes e
esse somniab.
atq; occluder
posse arbitral
vero legis int
tione desitue
tè argui à Ch
Postremo
in CHRISTO
tum eos propi
etiam, quod à
à vero pastore
Hisce tam g
fabat Christus
dantes salui fi
seuerantes, ex
ris, iustas De
vitam, æternam
quomodo hæc
Pharisæi? Ad
homo infans
ipsum suo mor
natur. Ut enim
cibus, vnguibu
petit eum, qui
re laborat. Ita
busq; in hoc i
TVM traduc

guebat, neq; hoc æquis accipiebant animis. Claues enim sapientiæ penes se solos esse somniabant, quibus cœlum aperire atq; occludere quisq; pro suo arbitrio se posse arbitratur. Cum tamē interea & vero legis intellectu, & vera Messia cognitione destituerēt. Hanc ipsorum cæcitate argui à Christo ferre minime poterāt.

Postremo & hoc quoq; ægre ferebāt in CHRISTO Pharisæi, quod non tantum eos propriij erroris argueret, verum etiam, quod alios erronea sua doctrina, à vero pastore & via salutis seducerent.

Hisce tam grauibus de peccatis, accusabat Christus Pharisæos, vt aut se emendantes salui fierent, aut in peccatis perseverantes, expectarent, tum hic in terris, iustas Dei pœnas, tum post hanc vitam, æternam condemnationem. Sed quomodo hæc à CHRISTO acceperunt Pharisæi? Ad eum planè morem, quo homo insanus est affectus in eum, qui ipsum suo morbo & insania liberare conatur. Vt enim homo mentis inops, calcibus, vnguibus & morsu hostiliter impetit eum, qui medicas manus ipsi afferre laborat: Ita Pharisæi manibus pedibusq; in hoc incumbunt, vt CHRISTVM traducant atque è medio tollant

D propter

propterea ad ipsum ter legatos suos solenniter miserunt die Martis proximo, antequam ipsum crucifixerunt.

In prima legatione erant Pharisei cum Herodianis, qui quærebant, num liceret censum dare Cæsari, nec ne? idque eo consilio, ut si affirmet CHRISTVS interrogationem propositam, deserat illum vulgus, atque ita facile neci ipsum liceat tradere. Sin neget, incidat in manus militum Herodis, qui captum occidant tanquam hominem seditiosum, sed incassum se fatigat humana astutia, aduersus Dei sapientiã. Christus neque affirmatiue neque negatiue respõdet, sed ostenso numismate ab eis, dixit, cuius imago & inscriptio est hæc? respondebant Cæsaris. Et dixit illis, date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo, quæ sunt DEI. Ita ex hoc CHRISTI responso, neque Herodiani, neque vulgus, inueniebant, cur iuste offenderentur.

Secunda legatio erat Saducæorum, qui negabant resurrectionem mortuorum. Hi ex doctrina CHRISTI, docentis omnes homines resurrecturos in nouissimo die, putabant se posse inferre aliquid absurdi hoc modo. Erant inquit, apud nos septem fratres, & primus vxore ducta, defunctus est, & non habens semen,
reliquit

reliquit vxor
dus & tertiu
sime autem e
est. In resur
septem vxor:
aut vni horu
tarum illã:
id minime co
cuturas inde
minandam sp
se confuturo
& tradituro
mendacij reu
Audiamus
st vs. Erratis
turas & virtute
quodnam futu
onum huius me
Hisce verbis
dicat causas er
orum.

Prima est, e
ram, quæ sola
discernere, in i
tium salutis spe
uid: Lucerna
um.

Secunda cau
tem atque pote

reliquit vxorem fratri. Similiter secundus & tertius, vsq; ad septimum. Nouissime autem omnium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor? Existimabant iam Christū, aut vni horum, aut omnibus simul, deputaturum illā: quod si fecisset, clamassent, id minime congruere posse, propter secuturas inde contentiones, odia & abominandam spurcitiē. Hac via sperabant se confuturos CHRISTI doctrinam & tradituros CHRISTVM tanquam mendacij reum, iudicio puniendum.

Audiamus quid respōdeat his CHRISTVS. Erratis, inquit, nescientes scripturas & virtutem DEI, atq; ignorantes quodnam futurum sit discrimen conditionum huius mundi & vitæ æternæ.

Hisce verbis CHRISTVS tres indicat causas erroneæ doctrinæ Saducæorum.

Prima est, quod nesciebant scripturam, quæ sola docet nos verum à falso discernere, in ijs omnibus, quæ ad negotium salutis spectant. Ideo inquit Dauid: Lucerna pedibus meis verbum tuum.

Secunda causa, quod ignorent virtutem atq; potentiam DEI, qua tam facile

D 2 in no-

in nouissimo die poterit excitare mortuos, quam illi non fuit difficile, in primo die omnia creare de nihilo. Propterea cum de resurrectione mortuorum cogitamus, non est in consilium adhibenda ratio, quæ tantum circa hæc corporalia occupatur, sed respiciendum est ad scripturam, & sciendum nihil esse impossibile coram Deo creatore rerum omnium omnipotenti.

Tertiam causam erroris Saducæorum assignat CHRISTVS hanc, quod non perpenderit discrimen conditionum hominis in hoc mundo, & in vita æterna. In hac vita est usus coniugij, sed in vita æterna neque nubent neque nubentur, erunt enim sicuti angeli DEI in cælo. Et dilectio alterius vitæ, mille modis antecellet huius mundi dilectioni, immo hanc illa obscurabit, quemadmodum sol mane oriens, cæteris omnibus stellis lucem eripit, & solus mundum suo splendore illuminat.

Tertia Iudæorum legatio, hoc eodem die facta est ad CHRISTVM. ea est, cuius præsens Euangelij textus meminit.

Cum audissent Pharisei, quod IESVS obturasset hoc modo os Saducæis, Accesserunt & interrogauerunt

runt eum.
tum magn

Id est iis fi
vt haberent
dendi illum.

Quoniam hi
accusat nos,
tes, ex operi

riamur, cert
contemnet &
tismo. Quod

bis aduersus e
sum blasphem

nullo precio
dedit nobi
num suum M

CHRISTVS,
num mandat

Diliges D
toto corde t

& tota ment
Secundum aut

Diliges p
ipsum: In his

uersa lex pe
Tale respon

pectarant fib

runt eum . Quodnam esset mandatum magnum in Lege.

Id ab ijs fiebat, non discendi gratia, sed vt haberent aliquam occasionem perdendi illum, sic enim secum reputabant. Quoniam hic Baptismum introducit, & accusat nos, qui secundum legem viuentes, ex operibus legis iustos nos esse gloriamur, certe absque omni dubio legem contemnet & longe postponet suo baptismo. Quod si fecerit, iusta competet nobis aduersus eum, tanquam in Deum ipsum blasphemum, actio, vtpote qui in nullo precio habeat legem DEI, quam dederit nobis ipse Dominus, per seruum suum Mosen. Ad hæc respondet CHRISTVS, dicens: Maximum & primum mandatum est.

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & tota mente tua.

Secundum autem simile est huic.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum: In his duobus mandatis, vniuersa lex pendet & Prophetæ.

Tale responsum haud dubie non expectarant sibi datum iri Pharisei, pro-

D 3 pterea

pterea nemo illorum poterat illi cōtradicere quicquam. Atq; ita videmus, neq; sapientiam neq; prudentiam valere aduersus Dominum, qui perdit sapientiam sapientium, & intellectum prudentium confundit, vt est apud Esaiam cap. 29.

SECUNDA DOCTRINA.

DE LEGE HAEC TRIA EXPLICABO

I.

PRIMUM, in genere dicam de duobus summis mandatis ac capitibus legis, videlicet, Diliges DOMINUM DEVM tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & diliges proximum tuum, sicut teipsum.

II.

SECUNDVM, de quatuor praecipuis erroribus circa doctrinam Legis.

III.

TERTIVM, de vero Legis vsu.

DE PRIMO.

Hoc loco proponit Lex duo summa
man-

mandata:
Alterum d
autem mod
plicat dicer
DEVM tu
ma & ex tot
diligendus
proximum
Sed quid
ex toto cor
te? Dilectio
ditur, videli
rei diligendae
DEINDE
motus quae
tur. TER
opera quae
runtur.
Iccirco Lex
cum dicit, Di
uum ex toto
tota tua ment
in intellectu h
cia de DEO.
mum ac praest
rum omnis bo
DEINDE
nes affectus
cordis eo te

mandata : primum de dilectione Dei. Alterum de dilectione proximi. Quo autem modo diligendus sit **DEVS**, explicat dicens : Diliges **DOMINVM DEVM** tuum ex toto corde, tota anima & ex tota tua mente. Quo item modo diligendus sit proximus, subijcit, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Sed quid ergo est, Diligere **DEVM** ex toto corde, ex tota anima & tota mente? Dilectionis vocabulum tria complectitur, videlicet **PRIMO** cognitionem rei diligendæ, quia ignoti nulla cupido. **DEINDE**, omnes cordis affectus & motus quæ sincerum amorem comitantur. **TERTIO** complectitur omnia opera quæ ad hanc dilectionem requiruntur.

Idcirco **LEX DEI** hæc tria coniungit, cum dicit, Diliges **DOMINVM DEVM** tuum ex toto corde, ex tota anima & ex tota tua mente, Ita vt sit in corde, hoc est in intellectu hominis illustris lux & noticia de **DEO**, quem statuat longe optimum ac præstantissimum, fontem nimirum omnis boni.

DEINDE ex tota anima, hoc est omnes affectus motus ac concupiscentiæ cordis eo tendant, vt **DEVM** diligas,

D 4 ipfi

ipsi adhæreas , in hoc totius fiduciam dilectionis tuæ colloques , quo ipsum in tuo corde retineas atq; in æternum fruaris.

POSTREMO hunc ipsum ex tota mente seu totis viribus diligas , ita vt omnes tuas cogitationes, conatus & studia conuertas, ad promouendum atq; defendendum quæcunq; ad DEVM spectant, & ad repugnandum ijs quæ DEO aduersa sunt, resistendo videlicet diabolo, peccato, & horum omnibus affeclis & adimniculis.

Atq; ita videmus quo nam pacto hic suas vires exerant tres præcipuæ naturales potentia seu facultates, animæ humanæ a DEO insitæ, videlicet Ratio, Appetitus & Ira. Ratio enim summum bonum DEVM videlicet inquirit. Appetitus hoc idem summum bonum desiderat, atq; amore ei se sociat. Ira accenditur ad tuendum & defendendum summum bonum, DEVM, & hostiliter repugnat Diabolo, peccato & huius occasionibus & alijs omnibus quæcunq; DEO aduersantur.

Porro cum audis tibi præcipi, vt diligas DEVM ex toto corde, tota anima, & tota mente, hic cogitabis DEVM requirere, dilectionem puram & perfectam, æter-

æternam
dilectio, p
fecta absq
omni interu
ni carnalis
centia.

Alterum
Diliges pro
Hic DE
ximi, consti
Verum hoc
considerand
discernendur
bus homo se
vnus illicitus
nus & licitus
cernendum
hominis & v
homine.

Homo aliq
tur cæco, im
to ex natura
est, fonte pec
habitat in nol
regula dilecti
do diligere pl
ximum odisse
Est præter
modus, sic

æternam atq; Spiritualem, ita vt sit tua dilectio, pura, sine omni macula, perfecta absque omni vitio, æterna absque omni interuallo, & spiritualis absque omni carnalis affectu & fermento concupiscentiæ.

Alterum mandatum maximū, hoc est, Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

Hic **D E V S** normam dilectionis proximi, constituit nostri ipsius dilectionem. Verum hoc vt rectius intelligatur, duo considerata veniunt. **P R I M V M**, discernendum est inter duos modos, quibus homo seipsum diligit. Horum enim vnus illicitus & damnandus. Alter bonus & licitus habetur. **D E I N D E** discernendum est quoque inter personam hominis & vitium illud quod hæret in homine.

Homo aliquando erga seipsum afficitur cæco, imprudēti ac noxio amore, orto ex natura corrupta ac deprauata, hoc est, fonte peccati, quod labe hæreditaria habitat in nobis. Hæc dilectio non erit regula dilectionis proximi, nam hoc modo diligere plane esset coram **D E O** proximum odisse.

Est præterea alius diligendi seipsum modus, isque licitus & concessus, qui

D 5

oritur

oritur ex SPIRITV SANCTO, & fide in IESVM CHRISTVM, quando homo eo omnia sua consilia dirigit, vt faciat DEO grata & sibi ipsi salutaria. Hac dilectio licita & laudata, norma erit amoris quo proximū prosequamur. Ita vt ex animo gratulemur ipsi omnia, quæ possunt cedere in commodum & salutē, pijs votis optando ipsi omne bonum, & fidelibus consilijs, opera, re ac precibus promouēdo ipsum. Atq; ab altera parte auertendo studiose toto animo atq; pectore, quæcunque aut vitæ, aut animæ, aut famæ, aut bonis denique ipsius, noxia esse possint.

Alibi DOMINVS & saluator noster IESVS CHRISTVS, proprium suum exemplum, normæ loco sequendum, proponit. Diligite, inquit, vos inuicem, quemadmodum ego diligo vos. Et propterea mandatum hoc, nouum appellat. Quo docere nos vult CHRISTVS, vt etiã cum vitæ periculo, si necessitas postulat, proximo subueniamus, non tam habentes nostrorum commodorum rationem, quam salutis & emolumentum proximi. Quo autem pacto nos CHRISTVS dilexerit, indicat Paulus Roma. capit. 5. quemadmodum infra in tertia doctrina

doctrina

Secund

monii, in

lectione p

personam l

ipsi adhar

pium, qua

impietaten

quod vero

est, humana

hic diligēdu

mus, peccat

id arguamus

quod dilecti

homo confe

cet Augustin

membro, qu

dum admonu

DE

Alterum c

roribus, qu

falsi doctores

tuor sunt gen

qui legem pla

eam in Ecc

ponendam.

doctrina copiosius dicendum erit.

Secundum quod considerandum admonui, in hoc maximo mandato, de dilectione proximi, est discrimen inter personam hominis & vitium illud, quod ipsi adhæret. Hominem prauum & impium, quantum ad ipsam prauitatem & impietatem ipsius attinet, odisse licet: quod vero ad personam, quatenus homo est, humanæ nobiscum consors naturæ, hic diligendus est, ita ut quod in ipso odimus, peccatū videlicet & vitium ipsum, id arguamus, & vicissim in illo amemus, quod dilectionem meretur, hoc est, ut homo conferuetur, quemadmodum docet Augustinus. Hæc sufficiant de primo membro, quod de lege initio obseruandum admonui.

DE SECVNDO.

Alterum quod proposui, erat de erroribus, quos circa doctrinam Legis falsi doctores disseminant. Horum quatuor sunt genera. In primo ordine sunt, qui legem plane abijciunt & pernegant eam in Ecclesia Christianorum proponendam. In secundo vero, qui legem quidem

quidem retinent, sed docent hominem proprijs viribus posse ipsi satisfacere. His vero proximi sunt, qui dicunt hominem non vniuersæ Legi, sed parti ipsius alicui satisfacere posse.

Quartum vero occupant ordinem, qui dicunt quamlibet religionem, suam habere legem, quæ ad salutem sufficiat, huic satisfaciendi.

Hi quatuor errores, sua contagione venenata admodum noxij sunt, nec alio villo innituntur fundamento, quam præstigijs & mendacibus artibus diaboli, qui homines excitat ad seducendum inuicem alios a puritate veræ doctrinæ Legis & Euangelij. Refutabo itaq; hos errores singulatim, eo ordine, quo iam à me recitati sunt.

Antinomi, qui legem plane abijciunt, atq; in Ecclesijs Christianorum docendâ negant, vix digni sunt, vt eorum opinio multis verbis refutetur, vtpote cui non solum recta ratio hominis, sed & ipse **C H R I S T V S** atq; huius Apostoli, & quotquot fuerunt in Ecclesia Christi fideles doctores, aduersentur. Argumenta quibus suam sententiam tuentur, hæc sunt.

Christianis, inquit, nihil cum Mose, propte-

propterea
gi. Item,
CHRISTVS
davit præ
tura, de
quam præ
sanctus, au
cuius vsus
sce & alijs
mant se pro
stianorum,
cendam esse
Sed ab hi
cet ne Chri
proximum
ita obsessum
Cum igitur
ligere De v
etiam licebit
stare debeat
ctionis opu
regatur? (C
(decem præ
docet, videt
& proximum
feri debeat
videt manife
Dei aboler
Ecclesijs C

propterea neque sunt subiecti ipsius Legi. Item, Christiani liberi facti sunt per CHRISTVM, propterea Christus mandauit prædicari Euangelium omni creaturæ, de lege prædicanda nihil quicquam præcepit. Postremo, Spiritus sanctus, aiunt, doctor est Christianorum, cuius vsus ergo erit legis inter eos? Hisce & alijs similibus rationibus, existimant se probare Legem in Ecclesia Christianorum, neque retinendam neque docendam esse.

Sed ab his primum quærere licet, decet ne Christianos diligere DEVM & proximum? credo neminem à Diabolo, ita obsessum, vt hoc negare auserit.

Cum igitur oporteat Christianos diligere DEVM & proximum, cur non etiam licebit ijs scire, quomodo id præstare debeant? Quod enim erit dilectionis opus, nisi certa aliqua ratione regatur? Quoniam autem Lex DEI (decem præcepta puta) vtrumque nos docet, videlicet, vt diligamus DEVM & proximum nostrum, & quomodo id fieri debeat à nobis, quis est qui non videt manifeste errare hos, qui Legem Dei abolere volunt, & vetare ne sonet in Ecclesijs Christianorum?

Quod

1. Quod vero obijciunt & dicunt, Christianis nihil esse cum Mose, verum id est, quantum ad Leges Mosis cæremoniales & forenses, sacrificia, circumcissionem, & similes ritus externos attinet, qui ad aduentum CHRISTI tantum durare debent & postea desinere: Sed non est verum, quantum ad legem Dei, videlicet decalogum, qui homini in prima creatione datus est, & postea repetitus, ac descriptus in duabus tabulis lapideis, ut esset huius memoria perpetua.

Tacebo interim hoc loco, quod & Christus ipse Legem docuerit, & prolixè explicuerit, quemadmodum & sancti Prophetæ fecerunt & horum successores.

2 At, quæ secundo loco affirmant Antinomi, Christianos non esse sub lege sed sub gratia, concedo & hoc, modo dextrè intelligatur, quemadmodum ipse Divus Paulus exponit. Christiani non sunt sub lege, hoc est, qui credunt in CHRISTVM IESVM, non sunt sub legis sententia condemnatoria, quia nulla condemnatio est in his, qui insiti sunt IESV CHRISTO, Rom. 8. At tamen opus habet Christianus Legis doctrina, quæ erit ipsi regula vitæ, monstrando quid DEO placeat, & quid aduerfetur

nerfetur ip
Præterea
ri facti sunt
lege, ad illu
Christianos
demnation
non ita, v
quicquid c
ut soli De
& proxim
ribus, que
& docet.

Si insuper
dit mandatu
tura prædic
quam præc
s vs insit
catorum, sed
transgressio
habent legen
ant necesse e
& Apostoli c
stianos, ut ed
delicet bona
Postremum
tum tale est.
docet Christ
O quam est
gumentum

uerfetur ipsius diuinæ voluntati.

Præterea quod dicunt, Christiani liberi facti sunt, propterea non sunt sub lege, ad illud sic Respondeo. Verum est Christianos liberatos esse à legis condemnatione, à peccato & inferno, sed non ita, vt interea liceat ipsis facere quicquid collibuerit. Ideo liberi sunt, vt soli DEO seruiant, diligant ipsum & proximum, quantum est in totis viribus, quemadmodum lex cohortatur & docet.

Si insuper pergant dicere, Christus dedit mandatum de Euangelio omni creaturæ prædicando, sed de lege nihil quicquam præcepit. Respondeo. CHRISTVS iussit prædicari remissionem peccatorum, sed quid est peccatum nisi legis transgressio? Iam ergo, si Christiani nullam habent legem, neque peccata vlla vt habeant necesse est. Adhæc, ipse CHRISTVS & Apostoli cohortantur singulos Christianos, vt edant fructus pœnitentiæ, videlicet bona opera iuxta legem Dei.

Postremum Antinomorum argumentum tale est. Spiritus sanctus, inquiunt, docet Christianos, itaque lege non indigent. O quam est hoc stultum & friuolum argumentum. Hoc enim potius modo

con-

concludendū fuit. Spiritus sanctus docet Christianos, itaq; indigemus doctorib. & verbo, lege nimirum & Euangelio. Nam Spiritus sanctus tū demum docet & mouet cor hominis, quando auribus percipitur verbum, in quo ipse Spiritus sanctus vult esse efficax in his, qui illud audiunt, & fide amplectuntur.

Videmus igitur, quam non stulte tantum, sed & perniciose faciunt, qui nobis legem DEI eripere, & eam e cœtu Christianorum eijcere ac non docendam affirmare audent. Relicta ergo huius erroris contagiosa lue, agamus DEO gratias, pro communicata nobis sancta sua lege, & porro rogemus ipsum, vt det nobis Spiritum suum sanctum, quo ipsi per nos fiant multa grata & placentia. Si hęc victoriam diabolus de nobis obtinuisset, quod spoliasset nos lege DEI, quemadmodum in paradiso id illi successit, quid prohiberet, quo minus denuo nos faceret reos mortis & æternæ damnationis? Qui enim ex lege peccata sua fateri non discit, idē haud dubie ex Euangelio gratiam amplecti ignorat. Qui morbum suum aut morbi grauitatē æstimare nequit, idem medicinæ salutaris inuestigandæ curā negligēter vt habeat necesse est.

In

In SECVN
ca legis doct
legem quide
mant docend
rum, sed fals
cunque velit,
& arbitrio leg
to consequi
promereri vt
nionis falsitate
strationibus o
intelligat, nem
(excepto vnic
posse adimple
PRIMUM h
argumentum,
manæ conditio
Ea hæc est, quoc
te sunt impuri,
noxij. Cum a
& fetido fonte
tidam hauriri a
minem impuru
tum, non pos
sinceram & im
Ideo inquit
Non est homo
bonum & non
Quis potest d

IN SECUNDO ordine eorum, qui circa legis doctrinam aberrant, ij sunt, qui legem quidem retinent, & recte affirmant docendam in Ecclesijs Christianorum, sed falso hoc astruunt, quod quicumque velit, possit ex proprijs viribus & arbitrio legi satisfacere, atque hoc pacto consequi iusticiam coram Deo & promereri vitam æternam. Huius opinionis falsitatem, ita manifestis demonstrationibus ostendam, vt facilime quiuvis intelligat, neminem omnium hominum (excepto vnico homine Iesu Christo) posse adimplere legem Dei.

PRIMUM huius nostræ asseuerationis argumentum, præbet nobis naturæ humanæ conditio in omnibus hominibus. Ea hæc est, quod omnes ab ipsa natiuitate sunt impuri, immundi & peccato obnoxij. Cum autem constet ex putrido & fœtido fonte, non nisi putridam & fœtidam hauriri aquam, manifestum est, hominem impurum & peccato contaminatum, non posse exhibere Deo puram sinceram & immaculatam obœdientiam.

Ideo inquit Salomon Eccles. cap. 7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Et Iob cap. 14. Quis potest dare mundum de immundo

E semi-

semine? Profecto nemo mortalium hoc præstare potest. Omnes enim ex massa peccatrice, & immunda radice, ortum trahimus. Nunquid possibile est, vt fructus præstet ipsi arbori? Stat igitur firma probationis demonstratio hæc:

Quicumq; immundi sunt, obœdientiam mundam & puram legi Dei præstare non possunt.

Omnes autem homines natura sua sunt immundi, excepto vnico Iesu Christo, qui naturæ suæ & communibus nascendi legibus exemptus est.

Nemo ergo mortalium potest satisfacere legi Dei.

SECUNDVM argumentum, quo conuincitur nullum hominem posse adimplere legem Dei, petitur ab experientia humana vniuersali.

Nemo enim in vniuerso mundo reperitur, qui consulens proprium cor, & examinans suam conscientiam, non statim experietur se longe abesse à perfectione illa, quam lex requirit. Quis non sentit se sapissime non facienda commisisse, & rursus, facienda omisisse. Et quamuis enim quidam de impletione legis, à se aut alijs facta, multum gloriari ausint, tamen contrarium ipsis est proprium cor-
dis

dis iudicium,
bus occultum
Deo qui vide
fas humani co
ctus.

TERTIVM
neminem mo
gem Dei, per
qui reos sola
mandatorum
nat. Cum au
cio Dei & pæn
sitibus & ad
quæ omnia g
tum, hoc est,
quis non hinc
haud dubie co
reos esse, ac le
ita quod ex op
qui possint iust

QUARTVM
disidio legis &
nim spiritualis.
lis est, quod Pa
inquit: Scimus
ego autem car
peccato, hoc e
obnoxius, vt
vt adimplere

dis iudicium, quod licet coram hominibus occultum sit, constat tamen ac patet Deo qui videt, æstimat & probat vniuersas humani cordis cogitationes & affectus.

TERTIVM argumentũ, quo probatur neminem mortaliũ posse adimplere legem Dei, petitur ex iusto iudicio Dei, qui reos solummodo & legis diuinæ ac mandatorum ipsius transgressores damnat. Cum autem nemo liber sit à iudicio Dei & pœnis, videlicet morbis, aduersitatibus & ad extremum ipsa morte, quæ omnia grassantur propter peccatum, hoc est, legis Dei transgressionem, quis non hinc nullo negotio intelligit, ac haud dubie concludit, omnes homines reos esse, ac legis diuinæ transgressores, ita quod ex operibus legis nullam consequi possint iusticiam.

QUARTVM argumentum sumitur ex dissidio legis & naturæ humanæ. Lex enim spiritualis. Natura autem humana carnalis est, quod Paulus probat Rom. 7. cum inquit: Scimus quod lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato, hoc est, vsque adeo sum peccato obnoxius, vt nunquam ita liberer ab eo, vt adimplere possim legem Dei spiritua-

E 2 lem.

lem. Ago autem Deo gratias, per IESUM CHRISTUM, qui quod ego præstare nequeo, id totum meo nomine abunde præstitit. Hoc argumentum tractat Paulus multis verbis, capite iam à nobis citato.

QUINTVM argumentum, quo probatur neminem mortalium adimplere legem Dei, præbet nobis ipsa vox Dei in Mose, Psalmis & Prophetis, adeoq; in tota scriptura Euangelica & Apostolica.

Genes. 6. vidit Deus quod multa esset malitia hominum in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.

Iob 9. Vere scio quod ita sit, quod non iustificetur homo coram Deo, si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei vnum pro mille. Et paulo post de se ipso inquit Iob: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me.

Psal. 14. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est

est vsq; ad v
tes obserua
quis iustineb

Hac de ca

hunc modum

dicum cum

cabitur in co

Prouerb.

dum est cor

Esaia 64.

mnes nos, ac

iusticia nostra

uniuersi, & ini

tus abstuleru

CHRISTV

natum est ex

Paulus Rom

causis & Iuda

peccato esse.

Ephes. 2. Et

Ex hisce ian

mis scripturae

vincitur, nemi

implere legem

SEXTVM a

asserationis

cap. 2. his verb

fficia, frustra

Nam Christu

est vsq; ad vnum. Psal. 130. Si iniquitates obseruaueris **DOMINE**, **DOMINE** quis sustinebit?

Hac de caussa orat Dauid Psal. 143. in hunc modum. **DOMINE** ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Prouerb. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meū, purus sum à peccato?

Esaia 64. Facti sumus vt immundi omnes nos, ac quasi pannus menstruatae iusticiae nostrae, & cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostrae quasi ventus abstulerunt nos.

CHRISTVS Iohannis 3. inquit: Quod natum est ex carne, caro est.

Paulus Rom. 3. ostendimus redditis causis & Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse.

Ephes. 2. Eramus natura filij iræ.

Ex hisce iam recitatis, & alijs plurimis scripturæ testimonijs, manifeste conuincitur, neminem mortalium posse adimplere legem Dei.

SEXTVM argumentum huius nostræ asseuerationis est à Paulo ad Galatas cap. 2. his verbis propositū: Si ex lege iusticia, frustra mortuus est **CHRISTVS**. Nam Christus venit in mundum vt le-

gem impleret, quod impossibile fuit omni homini, in toto mundo præstare. Quotquot autem credunt in eum, his imputabitur legis iusticia, quam Christus in sua propria persona fecit atque assecutus est.

Sex igitur firmissimis atque evidentissimis argumentis probavi, falsam esse opinionem Papistarum, qui docendo, scribendo & declamando, contra propriam conscientiam, affirmare audent, hominem posse adimplere legem Dei, atque ita ex operibus iustos reputari coram Deo.

Tertio loco inter eos, qui non recte docent de lege, collocandi sunt, qui fatentur quidem hominem, ex parte non satisfacere legi Dei, sed tamen in multis præstare legi obœdientiam. Et propterea, inquirunt, quo plus fiat bonorû operum secundum legem, eo maior erit hominis ex lege iusticia, & q̄ deest, id precario à Christo mutuandum est. Hæc opinio licet hæreat in multis, præcipue politicis hominibus, est tamen falsa & contumeliosa in filium Dei Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, qui solus tollit peccata mundi, & in se credentes iustificat. Esse quoque opinionem hanc,
non

non minimarum, docet
tes, inquit, i
tes statuere,
at. Finis
iusticiam or
cunque cre
rit, videlicet
credenti im

Item Phil
inter iusticia
ciam Euange
dentes, sed l
pto solo Ca
proprijs suis

Ad hæc ne
bonum opus
re valet ante
stus fuerit ex
vt alibi testat
placere Deo
fieri quædam
apud homine
vita & conue
do, sed ex ijs
sibile est. Qu
cat, omnium
cobus. Nec
cere, quod

non minimam causam reiectionis Iudæorum, docet Paulus Rom. 10. Ignorantes, inquit, iusticiam Dei & suam quærentes statuere, iusticiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis CHRISTVS, ad iusticiam omni credenti, hoc est, Quicumque credit, is habet quod lex requirit, videlicet iusticiam, quam Christus credenti imputat.

Item Philip. 3. tradit Paulus discrimen inter iusticiam Euangelij & Legis. Iusticiam Euangelij consequuntur omnes credentes, sed Legis iusticiam nemo excepto solo CHRISTO, consequi potest, ex proprijs suis operibus.

Adhæc nemo potest inchoare aliquod bonum opus iuxta legem, quo consistere valet ante tribunal Dei, priusquam iustus fuerit ex fide in CHRISTVM. Nam vt alibi testatur Paulus, impossibile est placere Deo sine fide. Possunt quidem fieri quædam opera, quæ speciem boni apud homines habeant, & profint etiam vitæ & conuersationi humanæ, in hoc mûdo, sed ex ijs iusticiam consequi impossibile est. Qui enim aduersus vnum peccat, omnium reus factus est, inquit Iacobus. Nec potest quicquam Deo placere, quod fit ab eo, qui non est mem-

E 4 brum

brum Christi & iustificatus per obœdientiam ipsius. Vt enim vnus Adami inobœdientia, omnes rei facti sumus damnationis, ita nos omnes quotquot credimus in Iesum Christum iustificamur, per solam obœdientiam ipsius.

Apparet itaque errare eos, qui iusti esse volunt, partim ex proprijs operibus, partim ex merito Christi, ita vt quo plus abundet aliquis operibus bonis, eo magis gloriari possit, se de suo afferre, & reliqua quæ desiderantur, quærere apud CHRISTVM.

Quos quarto loco nominavi, circa legis doctrinam errare, ij prodierunt ex schola Mahometis. Mahomet vt suos discipulos ac subditos retineret suis diabolicis præstigijs magis addictos, docebat quemlibet saluari obseruatione legis illius, cui subest. Hoc est, Si Iudæus suas ceremonias & circumcisionem obseruet, illa sua obœdientia meretur salutem. Et si Turca aut Mahometista, inquit, suam legem custodiat, saluabitur ea ratione & ipse. Sic porro etiam Christianus per legem Euangelij salutem consequitur. Hac etiam praua opinione imbuti sunt politici quidam homines, qui nec grauitatem peccati, nec beneficia Christi recte

recte asima
modo ex sua
lutem quæru
rum degant
immo: ver
dit in filium
autem non
vitam, sed in

D E

Sequitur te
fui, videlicet
quis sit eius
præcipue in l

Audiuimus
quod nemo ea
tur ergo terti
cum ei nemo
ex operibus ip
consequi poss

Triplex est
nus, Internus

D E V S

Vfus legis
regat homin

recte æstimant. His omnibus, qui hoc modo ex sua lege, cui subiecti sunt, salutem quærunt, vbicunque tandem locorum degant, oppono hæc manifesta & immotæ veritatis verba, Ioh. 3. Qui credit in filium, habet vitam æternam, qui autem non credit in filium, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

D E T E R T I O .

Sequitur tertium quod de lege proprio sui, videlicet quorsum conducat lex, & quis sit eius verus vsus, inter homines præcipue in Ecclesia Christiana.

Audiuimus supra, quid lex requirat, & quod nemo eam implere possit, quæritur ergo tertio loco, quis sit eius vsus, cum ei nemo satisfacere, nec quisquam ex operibus ipsius, iusticiam coram Deo consequi possit.

Triples est vsus legis, videlicet Externus, Internus & Spiritualis.

D E V S V L E G I S E X -
T E R N O .

Vsus legis externus est, vt disciplina regat homines, vt in externa honestate morum,

morum, inuicem pacifice iuxta legem uiuant, ne quid mali facinoris manifeste perpetrent, quod in lege Dei prohibitum sit.

Hic necesse est parentes, magistratus, præceptores atque tutores, immo etiam verbi Dei ministros diligenter attendere, ut qui ipsorum curæ commisi sunt, honestate vitæ externa, integre ac pudice uiuant. Propterea enim lex Dei, moralis dicitur, quod communis quædam regula sit, iuxta quam quisque suos mores formet ac dirigat.

PRIMO, mandata est hæc externa legis disciplina parentibus, ut hac liberos suos edoceant, ac sub externa morum honestate contineant. Et quo id facilius præstare possint, utantur doctrina, exemplis, placidis atque seueris admonitionibus, & virga. Porro, si id res postulat, quod qui non fecerint, ij expectent iustas à Deo pœnas, tanquam contemptores seuerissimorum mandatorum Dei, qui præcipit parentibus, ut iuxta Decalogi normam, honeste & pie liberos suos instituant atque educent.

Principio quidem utantur doctrina, hoc est, liberos suos quamprimum fari ac ratione uti possunt, assuescant mane & vespe-

vesperi, Cate
mori mente

Deinde ip
prio honest

doctrinæ pr
rentum vita.

possint. Qu
rant in lib

admodum,
tur, & haud

docere magis

cendo ædifica
destruunt, &

sequatur, tan
litico ordine

quotidie exp

Debent pr
bus interdum

his quasi illece
ad virtutis off

lentur.

Quod si aut
bus obtemper

rentes seuerio
bunt eos, ac q

inobedientia
uiter præmor

Quinto, c
bus neq; aff

vesperi, Catechismi singulas partes, memori mente, ediscere atque recitare.

Deinde ipsi liberis suis præbunt, proprio honestæ actæ vitæ exemplo, ita ut doctrinæ propositæ correspondeat parentum vita, quam postea imitari liberi possint. Qui enim verbis tantum laborant in liberorum educatione, stulte admodum, meo iudicio, facere videntur, & haud scio, an docere eos, an dedocere magis dicam. Nam quod ore docendo ædificant, id factis male viuendo destruunt, & quæ hinc malorum lerna sequatur, tam in Ecclesiastico quam politico ordine, quis est qui non videt ac quotidie experitur.

Debent præterea parentes, mitioribus interdum verbis, apud liberos uti, ut his quasi illecebris, animi eorum facilius ad virtutis officia alliciantur & extimulentur.

Quod si autem paternis admonitionibus obtemperare nolunt liberi, hic parentes seueriori vultu ac ore compellabunt eos, ac quas tandem laturos sint suæ inobædientiæ pœnas, prudenter & grauius præmonebunt.

Quinto, cum parentes neque mitioribus neque asperioribus commonefactionibus

nibus proficere quicquam possint, & nulla emendationis morum spes in liberis affulgeat, hic tandem extremi paterni remedij loco adhibenda est virga. Hac castigabunt eos, cum assuescunt periurij, mendacij, furtis, turpib. & obscœnis quomodocunque dictis. Nam Syrach inquit cap. 30. Qui diligit filium suum, crebra ei admouet flagella, vt in postremis vitæ suæ diebus gaudeat.

Et Salomon Prouerb. 23. Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virga, non morietur: virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.

Qui nimium liberis suis indulgent, & coniuentes ad quoduis flagitium eorum, ex arbitrio suo eos viuere permittunt, hi perditionis illorum autores censendi sunt. Narrat Pontanus quendam delicatulum à matre nimia licentia corruptum, tandem adultæ ætatis, ob commissum facinus morti adiudicatum: Hic cum à carnifice ad locum supplicij deduceretur, alta voce hæc ingeminabat verba. Nolite putare, ô spectatores, hunc carnificem, sed potius matrem meam propriam, me ad hoc tam infame genus supplicij deducere, Multum itaq; interest

V
est parentes
ta decalogi
rigant. Hac
ris pædagog
fidei postea
Magistrat
plina Legis
Nam Paulus
strum Dei, a
malum punie
ordinati sunt
tur promouet
quæcunque I
tum ad exte
tionem attin
Appellatur
vtriusque legis
genti cura co
rum disciplina
prium ipse vit
exemplar & sp
ne videntes, in
que operam,
decreta ipsius
ant, & sint hui
cula. Debet i
manifestas leg
vt sunt blasph
iuria, deiera

est parentes assuefacere liberos, vt iuxta decalogi amussim, vitæ suæ cursum dirigant. Hac ratione sternent viam facilioris pædagogicæ his, quorum disciplinæ & fidei postea liberos suos credituri sunt.

Magistratui similiter externa hæc disciplina Legis Mosaicæ commendata est. Nam Paulus magistratum vocat ministrum Dei, ad bonum promouendum ac malum puniendum. Et quoniam à Deo ordinati sunt magistratus, ideo tenentur promouere gloriam Dei, & auertere quæcunque Deo sunt contraria, quantum ad externam hominum conuersationem attinet.

Appellatur autem magistratus custos vtriusque legis, quod subditos suos diligenti cura contineat, sub honesta morum disciplina iuxta Decalogum, & proprium ipse vitæ cursum transigat, vt sit exemplar & speculum, in quo subditi bene viuentes, intueri possint. Dabit quoque operam, vt leges positivæ & singula decreta ipsius, cum Decalogo congruant, & sint huius quasi muri ac propugnacula. Debet insuper magistratus punire manifestas legis diuinæ transgressiones, vt sunt blasphemia Dei, idololatria, periuria, deierationes, verbi Dei contem-

tus,

tus, inobœdientia, homicidia. Adulteria, mendacia, falsa testimonia, furta & similia vitia, quæ ex diametro pugnant cum lege Dei. Quod si in his negligit magistratus suum officium, particeps fit ac reus omnium istorum delictorum, quorum impunitatem alijs concedit.

*Notatu
dignu*

Narratur historia de homicida quodam qui septem viros è medio sustulerat, cum in ius pertractus, iudicio sisteretur, atque homicidij accusaretur, responsum est eum solummodo, vnicum, reliquos autem sex, magistratum occidisse, qui primum illud homicidium in ipso non puniebant.

Immo vero reus est magistratus coram Deo, cum contumaciter violantes legem Dei non punit ac sua licentia fenestram ad peccandum alijs aperit. Im- misericordis enim est gratiæ vni parcere, cum plurimorum iactura ac perditione.

Ad iuventutis informatores, hæc eadem cura spectat, vt suæ disciplinæ concreditos, ita doctrina, exemplis, crebris admonitionibus & castigationibus instituant, ne quid enorme & legi Dei contrarium in externis eorum moribus conspiciatur. Quod si facere negligant, peccant in Deum, in puerorum parentes, &

totam

v
totam remp
perpetuo imp
spenditur, qu
suffuratur: q
dignus est, qu
uis commit
missam iuuent

Tutores et
sunt, compor
supra parentib
tantum bona p
rent ac studiose
vt honeste & p
mopere conen
tribunali tam
quod præstiter
ac si cum Deo
pupillarum istor
tronos.

Hac de causa
orphanorum a
Sed quid hodie
go fiat nemini n
pelli ac viduæ, p
gno dolore exp
Postremo ten
bi Dei, iuxta ha
suos auditores
statem, docti

totam rempublicam, nec ferent hoc perpetuo impune. Si etenim is iure suspenditur, qui taurum aut vaccam alteri suffuratur: quo magis mille suspendijs dignus est, qui hoc furti genus longe grauius committens, bona fide sibi commissam iuuentutem infideliter instituit.

Tutores etiam, qui loco parentum sunt, componant se totos ad regulam, supra parentibus præscriptam. Itaque non tantum bona pupillorum hæreditaria curent ac studiose conseruent, verum etiam vt honeste & probe instituantur, maxime conentur, scientes se coram Dei tribunali tam stricte teneri promisso, quod præstiterunt illorum parentibus, ac si cum Deo ipso pepigissent se fore pupillorum istorum fidos tutores ac patronos.

Hac de causa vocat se Deus patrem orphanorum ac patronum viduarum. Sed quid hodie à communi tutorum vulgo fiat nemini non constat, & miseri pupilli ac viduæ, pro dolor, cum suo magno dolore experiuntur.

Postremo tenentur etiam ministri verbi Dei, iuxta hanc legis diuinæ normam, suos auditores ad externam vitæ honestatem, doctrina, exemplis & crebris admo-

admonitionibus, vna cum castigationibus propositis cohortari, quemadmodum fecerunt ipse Christus & diuus Apostolus Paulus. Quod si autem huius sui officij debitam curam deposuerint, & fraudulenter fecerint opus Domini, non euadent iustum iudicium ac pœnam in die nouissima Domini. Sed quot hic videre licet, qui illud poëtæ sequuntur? Dat veniam coruis, vexat censura columbas: Cum nullius tamen hominis personam te respicere velit Deus, modo moderatus sis, ad exemplum optimi Nathan. Præstat ministrum verbi Dei cum Iohanne decollari, quam cum Herode conuiuari. Maior enim hoc loco habenda est ratio gloriæ Dei & salutis humanæ, quam propriæ vitæ ac commodorum.

Hæc dicta sint de vsu legis externo & quam late is pateat. Grauißimæ autem causæ huius disciplinæ externæ exercendæ quatuor sunt. 1. Mandatum Dei. 2. Vt vitentur pœnæ. 3. Vt pacifice & quiete inter nos viuamus. 4. Vt sit hæc pædagogia, reddens nos aptiores ad audiendam salutarem doctrinam Evangelij Iesu Christi.

DE

DE VS

Quemadmodum
ternus est, & l
tatem, vt qui
fatione, liter
exprimat, iud
bus ac honest
internus est, i
minis, vt sista
& reddat ratio
fatisfecerit legi
gis perfection
excepto vnico
minibus impol
tinere benedict
am in millia, i
annexam. Si
legis animadue
bi vindictam &
& quartam gen
ledictus omnis,
que scripta sunt
sententia primi
Deinde manife
pud Mosen. A
rum hominum
deo omnes c

DE VSV LEGIS IN-
TERNO.

Quemadmodū primus legis vsus externus est, & humanam concernit societatem, vt quicumque in externa conuersatione, literam legis, verbis ac factis exprimat, iudicetur ab hominibus probus ac honestus. Ita secundus legis vsus internus est, in corde ac conscientia hominis, vt sistatur ille coram tribunali Dei & reddat rationem, nunquid totis viribus satisfecerit legi Dei nec ne. Hic si de legis perfectione gloriari possit, (quod excepto vnico CHRISTO omnibus hominibus impossibile est) sciat ad se pertinere benedictionem atq; misericordiam in millia, iuxta promissionem legi annexam. Si vero transgressorem se legis animaduertat, propositam audit sibi vindictam & iudicium Dei, in tertiam & quartam generationem. Item, Maledictus omnis, qui non fecerit quaecunque scripta sunt in libro legis hoc. Hęc sententia primum lata est in Paradyso. Deinde manifestis verbis expressa est apud Mosen. Adhęc conscientia singulorum hominum eandem stabilit, atq; adeo omnes calamitates huius vitæ, ac

F mors

mors ipsa tandem, confirmant. Postremum vero inferni cruciatus æternus puniet, quotquot non liberati fuerint per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM.

Cain cum æqua lance peccatum suum ad legem perpenderet, inquit: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam consequar. Idem Saulo accidit desperanti, ac seipsum in æternam damnationem conijcanti. Dauid autem cum iuxta legem factum suum examinaret, ac peccatum suum cognosceret, ait: Si iniquitates obseruaueris DOMINE, DOMINE quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est, vt timearis.

Manasses similiter, Magdalena & latro in cruce, peccata sua confitentes egerunt pœnitentiam, & ad gratiam Dei confugiebant. Atq; ita videmus quis sit legis vsus internus, videlicet, vt vitæ nostræ actiones ad singula legis Dei præcepta examinemus, & quoties nos deliquisse experimur, toties legis maledictionem atque irati Dei pœnas nobis denunciari statuamus.

Quid verò consilij hic capiemus? Duæ tantum viæ propositæ sunt, vna per desperationem, ad æternam mortem & male

v I
 maledictione
 gratia ad æter
 onem. Thron
 sus, quinos fu
 nat vitam æter
 Iesum Christu
 remissionem
 per quam in
 Christus enim
 ciam omni cre
 Hæc fides in
 est nostræ saluti
 tur in simbolo
 dicunt: Credo
 Hoc est, Quar
 peccata, & im
 tudo, atq; horr
 penæ ingruent
 tia sim, & non si
 misionem pecc
 tum mortis & p
 non solum mun
 catis suo precio
 mputat mihi sua
 iuris in me lex s
 tia vilo modo h
 Hæc fides ori
 quod offert om
 nam in Ies v

maledictionem. Altera, per thronum gratiæ ad æternam vitam & benedictionem. Thronus gratiæ est Christus Iesus, qui nos suo patri reconciliat & donat vitam æternam. Nam qui credit in Iesum Christum, consequitur per eum remissionem peccatorum & iusticiam, per quam ingreditur vitam æternam. Christus enim impleuit legem, ad iusticiam omni credenti.

Hæc fides in Christum fundamentum est nostræ salutis, quemadmodum fatentur in symbolo singuli Christiani, cum dicunt: Credo remissionem peccatorum, Hoc est, Quamuis innumera sint mea peccata, & immensa sit iræ Dei magnitudo, atq; horrendæ sint ob peccatum pænæ ingruentes, tamen cum sub gratia sim, & non sub lege, certo credo remissionem peccatorum, propter meritum mortis & passionis Iesu Christi, qui non solum mundat me ab omnibus peccatis suo precioso sanguine, sed etiam imputat mihi suam iusticiam, ita ut nihil iuris in me lex sua damnatoria sententia vlllo modo habeat.

Hæc fides oritur ex noticia Euangelij quod offert omnibus credentibus gratiam in IESU CHRISTO, Vnde etiam

Augustinus inquit, Christus nostra peccata, sua fecit, ut suam iusticiam, nostram faceret. Item cum Cain diceret, Maior est iniquitas mea, quam ut veniam consequar. Respondet Augustinus: Mentiris Cain, Maior enim est misericordia Dei, quam omnium peccatorum miseria. Hoc est quod Iohannes dicit: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Item, CHRISTVS est propitiatio non tantum pro nostris peccatis, sed pro peccatis totius mundi.

Hæc fides in solius Dei obœdientiam recumbit, & præterea nulli creaturæ siue in cœlo, siue in terra confidit. Sed de fidei natura, infra in tertia doctrina copiosius erit dicendum: nunc ad tertium legis vsum transeamus.

DE SPIRITVALLI LEGIS VSV.

Tertius legis vsum, qui spiritualis dicitur locū habet in renatis, qui in Christum credentes, consequuti sunt per mortem & intercessionem Christi, remissionem peccatorū, & iusti habentur coram Deo per iusticiam Christi imputatiuam. Vbi hæc fides viua est & sine hypocrisi, ibi simul

v i
mul habitat S
ratur fidem in
ditum salotari
generat homi
gratitudinem
ris faciat hom
data ipfius, q
omnia, quamli
estimari possi
proposito reti
scientiam. Qu
dientiam vult p
in legem inspic
fallibilem non
cere, quid om
cultu, intelliga
is operibus lat
Deo obœdient
ratus est à m
CHRISTVM et
lus inquit: Nū
qui sunt in CHI
cundum carne
dum spiritum.
Est autem h
tum gara Dec
sua bonitate, ju
ligere & charit
mum: verum

mul habitat Spiritus sanctus, qui & operatur fidem in cordib. hominum, per auditum salutaris doctrinæ Euangelij, & regenerat hominem, atque excitat eum ad gratitudinem erga Deum, quo fit vt pluris faciat homo Dei voluntatem ac mandata ipsius, quam totius mundi bona omnia, quamlibet speciosa ac preciosa ea æstimari possint, & perseveret in bono proposito retinens fidem ac bonam conscientiam. Quoniam ergo renatus obœdientiam vult præstare Deo, hic denuo in legem inspicit & hanc sibi tanquam infallibilem normam proponit, vt quid facere, quid omittere debeat in vero Dei cultu, intelligat. Et quamuis nemo suis operibus satisfacit legi, tamen placet Deo obœdientia credentis, quia liberatus est à maledictione legis, & per CHRISTVM est sub gratia. Sic enim Paulus inquit: Nulla condemnatio est in ijs, qui sunt in CHRISTO IESV, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum.

Est autem hæc obœdientia non tantum grata Deo, vtpote qui ex paterna sua bonitate, iubet ac vult credentes se diligere & charitatem exercere erga proximum: verumetiam addit promissionem

F 3 mer-

mercedis, quod velit largiter compensare omnia benefacta, adeo ut qui poculum frigidae aquae dederit in nomine Christi, non frustrabitur sua mercede.

Hinc fit, quod multorum extent piorum exempla, qui propter obœdientiam Deo ex fide præstita, reportarunt, tum spiritalē, tum corporalem benedictionem.

At qui se credere dicunt, & nihilominus non habent propositum vitandi peccata, sed regi se patiuntur à suis prauis cupiditatibus, & trahi à desiderijs carnis, hi non insistant vestigijs Abrahamæ, qui malebat proprium vnicum filium ac heredem occidere, quam tergiuersando designare quicumque contra præceptū Dei. Faciunt quoque contra D. Pauli doctrinam, qui præcipit credētibus, ut qui cum Abrahamo gratiæ Dei participes fieri volunt, debeant fidem suam declarare obœdientia erga Deum, qui immensam suam gratiam commendauit erga omnes homines, quod filium suum vnigenitum tradiderit pro ipsis.

Sed quam est hoc argumentum impium & infandum, quod quidam eo impietatis progressi, dicere audent: Iustificati & liberati sumus, gratis ex fide, quorsum ergo opus est incumbere bonis operi-

v
operibus? Au-
lus: Quorum
natio. Immo
error, peccat
hanc. Princi-
lia afficiunt.
cant preciosu
Præterea exp
Adhæc menda
mo dato scan
à doctrina Eva
liantes, ad p
tum impellunt
Principio, ir
unt Deum, qu
dia, eos à pecc
beratos cupit.
liberis immorig
liquando prop
atque nequitian
nis in bonis pat
men supplices fi
tiam, redierunt
patris mandata
sunt bonitate
enim aliud hic
ut summo iure
rum postulat
gat?

operibus? Audi quid his respondeat Paulus: Quorum iusta est, inquit, condemnatio. Immo vero iusta, cum ipsi hoc errore, peccata (vt cecias nubes) attrahant. Principio enim Deum contumelia afficiunt. Deinde pedibus conculcant preciosum sanguinem CHRISTI. Præterea expellunt Spiritum sanctum. Adhæc mendacij seipsos arguunt. Postremo dato scandalo, multos offendunt & à doctrina Euangelij mentes eorum abalienantes, ad perditionem atque interitum impellunt.

Principio, inquam, contumelia afficiunt Deum, qui immensa sua misericordia, eos à peccato & condemnatione liberatos cupit. Conferendi sane hi esse liberis immorigeris mihi videntur, qui aliquando propter multiplicem malitiam atque nequitiam, ab omni spe successio- nis in bonis paternis exclusi, rursus tamen supplices facti atque recepti in gratiam, redierunt ad ingenium, & spreto patris mandato, ipsius denuo abusi sunt bonitate atque clementia, Quid enim aliud hic tentabit pater, quam vt summo iure, quemadmodum eorum postulat contumacia, cum illis agat?

F 4

Dein-

Deinde pedibus conculcant hi preciosum CHRISTI Sanguinem, qui effusus est in cruce in remissionem peccatorum: Quasi vero enim CHRISTVS ea de causa suum fudisset sanguinem, & expandisset cruentas manus, brachia & pedes, adeoq; totum corpus, in patibulo crucis, vt nobis liceret cor nostrum, manus, pedes & totum corpus prostituere omni turpitudini, petulantia, Tyrannidi, iniustitia, versutia, fallacia, impostura, & vt vno dicam verbo, vniuersis hisce omnibus, ad quæ nos mundi prauitas & carnis libido instigat: & tamen interea dicere, CHRISTVS est meus saluator, huic credere, & huic totus adhærere volo. Qui sic vitã instituit suã, is per omnia similis est perfido proditori, qui Domino suo, cuius stipendia accipit, simulatam præstat operam, & interea hosti ipsius fauet, & omnibus quibus potest modis placere & sua inferuire opera laborat. Ita gloriari de fide in CHRISTVM, & interea male ac perditè viuere, quid aliud est, quam ore ea proloqui, à quibus & cor ipsum & totius vitæ studia atque actiones dissentunt. Gloriabantur Iudæi se esse filios Dei & semen Abrahæ, sed quid ad hæc

CHRIS-

CHRISTVS
 bolo, quia o
 bus procul f
 horrenda &
 periculo co
 re præ se fer
 de occultari
 internis qua
 diendum ac
 hoc aliud est
 STI sanguine
 que contemn
 nem & mor
 nostris pertu
 peccandi lic
 entes remissi
 in cordibus n
 negato diabo
 ribus, peccat
 huic soli Do
 stro, sinceram
 mus obediens
 Tertio, qu
 doctrinæ Eua
 in CHRISTO
 recidunt flagi
 diaboli ducur
 hi contrita
 eum è cordi

CHRISTVS? Vos, inquit, estis ex diabolo, quia opera ipsius perficitis, a quibus procul fuit Abraham. Res itaque horrenda & cum damnationis extremo periculo coniuncta est, Christum in ore præ se ferre, hostem vero ipsius, corde occultare, & omnibus membris, tam internis quam externis, huic se ad obediendum accomodare: Quid inquam, hoc aliud est, quam preciosum CHRISTI sanguinem pedibus conculcare, atque contemnere amaram ipsius passionem & mortem, quam pro peccatis nostris pertulit, non ut pateret nobis peccandi licentia, sed ut fide accipientes remissionem peccatorum, ipsum in cordibus nostris retineamus, atque abnegato diabolo cum omnibus suis operibus, peccato videlicet & iniquitate, huic soli Domino & redemptori nostro, sinceram & perpetuam præstemus obœdientiam.

Tertio, quicumque ex auditu salutaris doctrinæ Euangelij iustificati sunt fide in CHRISTVM, & denuo in manifesta recidunt flagitia, atque carnis, mundi & diaboli ducuntur & reguntur imperijs: hi contristant Spiritum sanctum, & eum è cordibus suis expellunt, atque in

huius locum admittunt & recipiunt spiritum Diaboli, cuius denuo fiunt habitacula, quemadmodum prius extiterunt. Quid hic aliud expectandū, quam quod Christus pronunciauit Matthæi 12. & Lucæ 11. Cum exierit Spiritus immundus ab homine, ambulat per arentia loca, & quærens requiem & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui, & cum venerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hinc intelligi facile potest, quanti momenti sit, aut verbum **D E I** amplecti atque credere, aut rursus turpiter ab eo, corde & vita deficere, atque Spiritum sanctum e suo habitaculo, contristatum expellere.

Ad hæc quicumque de fide gloriantur, & male interea viuunt, hi impudentissime seipsum mendacij arguunt atque conuincunt. Cum enim ea iactitent, quibus carent, similes euadunt loquacibus Thraconibus, qui ore quidem aureos montes polliceri non verentur, cum re ipsa omnium maxime egeni ac inopes existant. Horum error hinc confirmatur, quod Deum non penitus corda introspicere aut

aut scrutari
Sed multum
terna tantum
solam, sed
cipi ergo I
uersum cor
loquitur. E
rat consona
fidei quæ in
spondeant o
modum est v
Nam certum
cem correspo
vt vbiq; qu
pera confirm
se sit, iuxta
na arbor, bon
itaque manife
ipsum mendac
gloriantes, b
habent, nec e
ac si quis impe
statim propte
beti velit. Hi
re autem ipsa
dicere possit.
Postremo,
sto, & Chri
vult, qui bap

aut scrutari, quam homines, existiment. Sed multum falluntur. Homo enim externa tantum videt, Deus autem non ea solum, sed & cor ipsum introspicit. Decipi ergo Deus non potest, etiamsi diuersum cor sentiat ab eo, quod os tuum loquitur. Hinc est, quod Iacobus requirat consonantiam cordis & oris, ita ut fidei quæ in corde esse prædicetur, respondeant opera vitæ externa, quemadmodum est videre in exemplo Abrahæ. Nam certum est congruere, & sibi inuicem correspondere, cor & opera, ita ut ubicunque sit malum cor, huius opera consimiliter mala consequi necesse sit, iuxta regulam CHRISTI, Bona arbor, bonos edit fructus. Videmus itaque manifeste, quam impudenter se ipsos mendacij arguant, qui de fide gloriantes, bona interea opera, neque habent, nec curant: perinde facientes ac si quis imposita capiti corona, Regem statim propterea se nominari atque haberi velit. Hi sunt quos nomine tantum, re autem ipsa ac facto Christianos nemo dicere possit.

Postremo, quicumque gloriatur de Christo, & Christianus censerî & appellari vult, qui baptizatus, & fidem suam iacet, atque

atq; cœna Domini vtitur, & tamen interea flagitiose viuit, hic manifesto scandalo multorum animos ab Euangelio abalienat, & existit his condemnationis occasio. Paulus 1 Corinth. 8. vbi agit de ijs, qui cum aliorum offendiculo Christiana libertate in rebus licitis abutuntur, hos affirmat, sua scientia & Christianæ libertatis abusu, perdere infirmum fratrem, pro quo mortuus est CHRISTVS. Quanto igitur magis in culpa erit, qui prauis facinoribus præbet alijs occasionem male sentiendi, & blasphemæ loquēdi de sacrosancto Euangelio & Christiana religione? Rom. 2. Accusat Paulus Iudæos prauitatis morū, & ait ideo per eos inter gentes blasphemari nomen Dei.

Et 1 Timoth. 6. præcipit seruis credētib; & renatis, vt Dominos nondum conuersos aut credentes omni honore dignos æstiment, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Et venturos huiusmodi homines in nouissimis temporibus prædixit D. Apostolus Petrus 2. Pet. 2.

Vides igitur quanta sit huius peccati atrocitas, quo non solum homo sui ipsius perditionis autor existit, verumetiam pluri

plurimis p
lutis suæ de
minis ac de
sti repudie
dubium est
die, hac qu
tur Euang
Christianæ
viuere. I
papistas no
sti prosequ
ant, quod t
Euangelio
qui iuxta E
ro de his d
doctrinam
multi adha
profecto ho
despondere.
quibus in pa
moribus ma
bus, longe p
hos facturo
persequutio
vt non inuit
Antichristi
dololatriam
nisi horum
alijs ducis

plurimis præbet occasionem, vt cum salutis suæ detrimento, & blasphemia nominis ac doctrinæ Dei Euangelium Christi repudient atq; contemnant. Non dubium est, quin multi inter Turcas hodie, hac quoq; de causa, odio prosequantur Euangelium Christi, quod videant Christianos tam perditæ atq; flagitiose viuere. Et quis dubitet multos inter papistas non esse, qui Euangelium Christi prosequantur, aut nihili prorsus faciant, quod tam frequentes sint, qui de Euangelio gloriantur, rarissimi autem qui iuxta Euangelium viuant? Quid vero de his dicam, qui nobiscum puram doctrinam Euangelij receperunt, quorū multi adhuc sunt infirmi & vacillantes? profecto horum plurimos, aut animos despondere, aut mores & tempora, sub quibus in papatu viuimus, huius seculi moribus maxime lasciuus & petulantibus, longe præferre videas. Quid aliud hos facturos putes, si ingrueret aliqua persecutio aut mutatio religionis, quā vt non inuiti paterentur nobis obtrudī Antichristi Romani pristina deliria & Idololatriam? Sed quorum culpa hoc fit, nisi horum solummodo, qui debebant alijs ducis & lucis vice esse, & iuxta consilium

4

10

11

lium Pauli in omnibus, hoc est, ore, opere & vita, ornare doctrinam Domini & saluatoris nostri Iesu Christi.

Hinc igitur concludimus, omnes credentes in Christum decere, vt proponant sibi legem Dei, ceu vitæ speculum, iuxta quod omnia sua facta dirigant in gloriam Dei, in proprium commodum & aliorum ædificationem. Quo fieri possit, vt destruantur opera diaboli, & opera Dei aulescant, in gloriam Dei æterni patris, qui ex mera sua misericordia, per fidem absq; omni nostro vlllo merito & operibus, nos saluos fecit & regenerauit, vt ipsi viuamus, & ambulemus in omnibus operibus bonis, Ephes. 2.

T E R T I A D O C - T R I N A.

TERTIA doctrina, quam initio huius libelli explicandam proposui, est de Domino nostro IESU CHRISTO, in cuius solius vera cognitione, consistit vita æterna, quemadmodum inquit ipse Iohannis 17. Hæc est vita æterna, vt te cognoscant esse verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

Post-

v
Postqua
ris ad qu
fram, quæ
videatur de
mouet, vt
scripturas,
Christo sta
quanta diu
fiant. Hi no
di & perdet
Christus ante
dit, vt ad ver
fessionem eo

Audiamus
stus querit,
sto? cuius fil
hoc responso
Christum nasc
iuxta promissi
cum non suffi
cognitionem
inter Christu
noticiã per du
Quomodo D
eum Dominu
Domino meo
ponã inimico
rũ. Si ergo D
modo filius

Postquam Christus respondisset Pharisæis ad quæstionem sibi ab ipsis propositam, quærit vicissim ab eis, quid ipsis videatur de Christo. Hanc quæstionem mouet, vt detur illis occasio scrutandæ scripturas, ex quibus discant, quid de Christo statuere debeant. Vide ergo quanta diuersitate animorû hæc vtrinque fiant. Hi non discendi gratia, sed cauillandi & perdendi studio negocium agunt, Christus autem sua quæstione, hoc intendit, vt ad veræ salutis noticiam atque possessionem eos perducatur.

Audiamus ergo quid vtrinque fiat. Christus quærit, Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, David. hoc responsum dabant, quia sciebant Christum nasciturum ex semine Davidis, iuxta promissionem ipsi factam. Verum cum non sufficeret hoc ad veram Christi cognitionem, ex hac alteram quæstionem infert Christus, qua in vberiore Christi noticiam perducere conatur. Itaque inquit: Quomodo David ergo in spiritu vocat eum Dominum? dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? quasi diceret CHRIS-

TVS:

STVS : Pater est superior filio , & filium oportet subiectum esse patri. Et, Dominus est superior ministro, minister vero debet subijcere se Domino suo. Qui ergo fit, quod Dauid Christum fateatur suum Dominum, cui se totum cum omni animi subiectione submittit? Hic si Iudæi adhibuissent in consilium sacram scripturam de Christo differentem, & paulisper secum perpendissent, quodnā foret officium Christi in mundo, facile inuenissent hoc responsum: CHRISTVS ratione naturæ humanæ assumptæ, est filius Dauid, ratione vero diuinæ naturæ, est filius Dei. Quantū itaq; ad naturam humanam attinet, in specie vilis & pauper est, quod vero ad naturam diuinam, est Dominus dominantium & rex regum, cui etiam cedere & suppliciter genua flectere Dauidem oportebat, Immo ab hoc solo & per hunc vnicum accipere remissionem peccatorum, iusticiam & vitam æternam.

De hoc Christo, Domino suo, loquitur Dauid psalmo 51. cum inquit: Expiabis me hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealbabor: Item psal: 130. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine, quis sustinebit? Quia apud

te

te propiciat
propitiation
secundum na
nasciturus er
naturam, ve

Hoc mod
ne à se prop
veram Christ
dixi, consisti
luti, quem
1. Corint. 1. cu
dus non cogn
am, hoc est, p
inditam hom
Dei sapientia,
operibus, qu
cuit Deo per f
uos facere cre
dai signa petu
quarunt, nos
stum crucifixu
lum, Græcis a
tem vocatis Iu
Dei virtutem &
nit hoc loco
seu humanam a
us miserat su
liere, factum su
rissimæ passio

te propiciatio est, vt timearis. Per hanc propitiationem, Christum intelligit, qui secundum naturam humanam, ex ipso nasciturus erat, sed secundum diuinam naturam, verus ab æterno Deus.

Hoc modo volebat Christus quæstione à se proposita, reducere Iudæos ad veram Christi cognitionem, in qua, vt dixi, consistit vita æterna & sapientia salutis, quemadmodum docet Paulus I. Corint. I. cum inquit: Quoniam mundus non cognouit Deum per sapientiam, hoc est, per intellectum & rationem inditam homini naturaliter a Deo, in Dei sapientia, hoc est, in mirabilibus Dei operibus, quæ ab ipso facta sunt: placuit Deo per stultam prædicationem saluos facere credentes. Quoniam & Iudæi signa petunt, & græci sapientiam quærunt, nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Græcis autem stulticiam, ipsis autem vocatis Iudæis ac Græcis Christum, Dei virtutem & Dei sapientiam. Discernit hoc loco Paulus sapientiam mundi seu humanam à diuina. Nam quod Deus miserat suum filium natum ex muliere, factum sub lege & subiectum amarissimæ passioni & morti, non sapientia,

G sed

sed stulticia videbatur hominibus, cum Deus sua omnipotentia facile posset aliam inuenire rationem saluandi genus humanum. Sed longe aliter Deo visum fuit, immo quod homines pro stulticia reputabant, id Deus sapientiæ loco habet & ducit.

Vt autem hæc plenius intelligamus, quæramus huius tam admirandi consilij Dei fundamentum, supra quod tuto ædificare valeamus.

Quamquam Deus, si magnitudinem potentia ipsius respiciamus, facere poterat quæcunq; voluisset, tamen hic nihil quicquam aggredi visum ipsi fuit, nisi quod diuinæ ipsius Maiestatis iusticiæ atque gloriae competebat, hoc est, quod iustum & laude dignum, omnes angeli, tam boni, quam mali, & omnes homines atq; adeo vniuersæ creaturæ, re ipsa farentur, dicentes: Gloria in excelsis Deo. Quemadmodum enim rex aut tyrannus quispiam, cum vni concedit, quod alteri eripuit, partim iniusti partim liberalis hominis officio functus dici potest: ita etiam Deus si sola sua potentia vsus hominem restituisset, ex vna parte iusticiæ ipsius fuisset derogatum, & ab altera parte nimum misericordiæ concessum. Itaq; neesse

neesse fu
nis viam, v
mis gradib
Deo prop
nime esse a
videlicet si
perfecta iu
& perfecta
consilium
tus assumat
atur, vt qu
salutem & v
us vsus fuisset
sua, conde
homines, e
Dei maiesta
rea obnoxij
ni. Sed qua
ipsum? Vbi
locum habu
tia condem
Dei, sine co
imaginem si
narat saluti,
Ne igitur
fectæ iustici
dū vnus ho
facti sumus
si constite

necesse fuit inuenire talem saluandi hominis viam, vt simul confisterent & in summis gradib. consentirent hæ quatuor in Deo proprietates, sine quibus Deus minime esse atque appellari Deus potest, videlicet summa seu perfecta potentia, perfecta iusticia, perfecta misericordia, & perfecta sapientia. Placuit itaque Deo consilium tale, vt filius ipsius vnigenitus assumat naturam humanam & moriatur, vt qui credat in eum consequatur salutem & vitam æternam. Quod si Deus vsus fuisset omnipotentia & iusticia sua, condemnasset in æternum omnes homines, qui contumacia sua æternam Dei maiestatem offenderant, & propterea obnoxij erant æternæ mortis & inferni. Sed quæ tum fuisset laus misericordiæ ipsius? Vbi tum gloria sapientiæ diuinæ locum habuisset? Homo absq; omni gratia condemnatus perijsset, & sapientia Dei, sine consilij sui, quo hominem ad imaginem suam creatum, æternæ destinaret saluti, frustrata fuisset.

Ne igitur derogetur quicquam perfectæ iusticiæ Dei, placuit, vt quemadmodum vnus hominis contumacia omnes reifaci sumus, ita per vnus obœdientiã iusti constituentur multi, satisfiat Deo ipsi,

G 2 &

& nos liberati à reatu, donabimur vita æterna. Hic quoq; elucet perfecta & summa misericordia Dei, qui sic mundum dilexit, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternã. Simul etiã conspicitur perfecta potentia Dei, quod per mortem filij sui vicerit mortem, infernum, peccatum & omnem potentiam diaboli. Apparet quoq; hic perfecta Dei sapientia, in eo imprimis, quod per filium suum, qui est ipsius imago naturalis & coæterna, renouat in nobis imaginem suam, & donat vitam æternam, ad quam nos initio sua æterna sapientia destinatos, creauit. Quæ singula hac conditione offeruntur, modo credamus in filium. Sic enim inquit Baptista, qui credit in filium, habet vitam æternam. Qui vero non credit in filium, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

Hæc ea est salutis sapientia, quam omnes prophetæ, Christus ipse & apostoli atq; horum successores hactenus docuerunt & hodie etiãnum docent, sed hanc ipsã mundi huius sapientes, quos fortuna tanquã in sinu fouet, pro ludibrio habent, & in propriam condemnationem
con-

contemnu
Christiane
co Iesu Ch
quid de ipsi
singulos,
consequi d
modius fia
cum suis qu
hæc sex cap
I. Quod I
ille Melsias
II. Quod
Deus. & cu
III. Quo
homo, & c
minem.
III. Quar
CHRISTO,
duz sint na
personæ, se
necesse fueri
V. Quod I
Mundi, & q
torem decla
VI. Quo
beneficior
sequamur

contemnunt. Proinde cum vniuersa Christianæ Ecclesiæ sapientia, in hoc vnico Iesu Christo fundata sit, proponam quid de ipso sentire ac scire oporteat nos singulos, quotquot per ipsum salutem consequi desideramus. Quod vt commodius fiat, accurate consideranda sunt cum suis quæstionibus & responsionibus hæc sex capita.

I. Quod Iesus Mariæ filius, sit promissus ille Messias, hoc est, CHRISTVS.

II. Quod hic CHRISTVS, Verus sit Deus. & cur Deum esse illum oportebat.

III. Quod hic CHRISTVS, sit verus homo, & cur necesse fuerit eum esse hominem.

IIII. Quarto loco spectanda est in hoc CHRISTO, Vnitas personæ, in qua etsi duæ sint naturæ, duæ tamen non sunt personæ, sed vna duntaxat, & cur ita esse necesse fuerit.

V. Quod hic CHRISTVS sit saluator Mundi, & quibus modis se mundi saluatorem declaret.

VI. Quomodo reddamur participes beneficiorum CHRISTI, & per eum consequamur vitam æternam.

DE PRIMO CAPITE.

PRIMUM quod de Christo proposui, est quod Iesus filius Mariæ virginis, natus in Bethlehem sit Christus ac saluator ille, quem Deus, primis nostris parentibus, Adamo & Euz, promisit. Hoc & credunt & vnanimiter fatentur omnes Christiani, cum in articulis symboli dicimus: Credo in Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato &c. Huius nostræ fidei fundamentum habemus immotum hoc, cui ne inferorum quidem portæ resistere poterunt.

Is solus absque omni dubio ac verissimo verius, atque adeo omnium confessione est Messias verus & vnicus, in quem omnia Prophetarum vaticinia concurrunt, cuiq; soli conuenit, quicquid de Messia prædictum est à sanctis Dei Prophetis, Mose & alijs.

In Iesum Mariæ virginis filium concurrunt omnium Prophetarum vaticinia & huic soli Iesu conuenit, quicquid de Messia prædictum est à sanctis Dei Prophetis, Mose & alijs.

Ergo solus Iesus Mariæ virginis filius,
est

est verus
stus, mane
Hoc illu
damentum
Augustinu
eo est, quia
sto, prædic
admodum
cum Theff.
diebus, &
quem oport
tuis iuxta
multitudine
rorum tum
gna auidita
tantum sci
hoc est, co
Prophetis d
his omnibu
runt, & exp
mam vrinc
vbicunq; in
ginus de C
de ipso long
Sitaque
pus natiuit
us, ad Iuda
eum, deni
& ascenfi

est verus & vnicus Messias, hoc est, Christus, mundi saluator & redemptor.

Hoc illud est Ecclesiæ Christianæ fundamentum firmum & immotum, de quo Augustinus ita inquit: Firmitas fidei in eo est, quia omnia quæ euenerunt in Christo, prædicta sunt. De hoc Paulus, quemadmodum scribitur Act. 17. disputauit cum Thessalonicensibus tribus continuis diebus, & probauit Iesum esse Christum, quem oportebat pati & resurgere à mortuis iuxta scripturas. Vbi addit Lucas, multitudinem magnam nobilium tum virorum tum mulierum suscepisse cum magna auiditate Euangelium, quotidie scrutantium scripturas, an hæc ita se haberent, hoc est, conferebant ea quæ in Mose & Prophetis de Christo prædicta erant, cum his omnibus quæ Iesu Mariæ filio euenerunt, & experiebantur in his singulis summam vtrinque congruentiam. Hinc est quod ubicunque in historia Euangelica aliquid legimus de Christo, semper additur, ita de ipso longe antea prædictum esse.

Si itaque respiciamus ad locum & tempus natiuitatis, ad matrem & miracula ipsius, ad Iudæorum ingritudinem aduersus eum, denique ad mortem, resurrectionem & ascensionem ipsius, & ad missionem

G 4 Spiri-

Spiritus sancti in die pentecostes factam, & conditionem Christianæ Ecclesiæ atq; adeo persecutionem & discordiam in ea, inuenimus hæc omnia, quatuor retro millibus annorum prædicta à sanctis Dei prophetis, priusquam in Bethlehem nasceretur Iesus. De quibus, qui plura scire volet, legat commentarios nostros in psalmum 84. Hæc ita breuiter saltem annotare libuit, vt habeat vnusquisque occasionem conferendi inter se vetus Testamentum, hoc est prophetas, & nouum, hoc est, historiam Euangelicam de Iesu Christo: Quod qui diligenter fecerit, nō parum fidem suam corroborabit, aduersus contemtores Dei, Iudæos, aduersus desertores fidei, Mahometistas, ac omnes denique gentes idolatras: Immo aduersus propriam rationem humanam, quæ hoc Dei tam immensum beneficium comprehendere nequit, quemadmodum Paulus inquit, naturalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Adhærebimus itaque firma fide verbo Dei, & captiuantes rationem nostram demus Deo hanc gloriam, quod is longe sapientior sit omnibus creaturis, & quod potens sit præstare promissa, quamuis secus id nostræ videatur rationi.

Sapi-

Sapien
men esse in
tram desiff
culus erutu
fides oculu
tu sancto,
intellectu
ra anniten
fidem suan
Deum ora
sola, in ne
datur oculu
fonte saluti
nostro Iesu
saluatore n
Hæc diē
quem oro t
suo nos illu
cat atq; con

DE SE

Secundar
atore & sal
quod fit ver
mediatore
Multu su
nia, quibu
stri comp

Sapienter quidam dixit, ingens certamen esse inter fidem & rationem, & neutram desistere aut cedere, priusquam oculus erutus fuerit alterutri. Cum itaque fides oculum suum à verbo Dei & Spiritu sancto, Ratio vero suum habeat ab intellectu Carnali, summo studio & opera annitendum est cuique Christiano, ut fidem suam sacra scriptura & ardenti ad Deum oratione, ita corroboret, ut ea sola, in negotio salutis videat, & occludatur oculus rationis, ne nos seducat a fonte salutis nostræ, hoc est, à Domino nostro Iesu Christo, vnico redemptore ac saluatore nostro.

Hæc dicta sint primo loco de Christo, quem oro toto corde, ut Spiritu sancto suo nos illuminet, & in veritate sua deducat atque conseruet, Amen.

DE SECVNDO CAPITE.

Secundum quod de CHRISTO mediatore & saluatore nostro proposui est, quod sit verus Deus, & cur necesse fuerit mediatorem esse Deum.

Multa sunt euidentia & firma testimonia, quibus diuina natura saluatoris nostri comprobatur, quorum primum su-

G 5

mitur

mitur ex manifesto Dei verbo, in quo Deus appellatur. Secundum ex operibus eius diuinis. Tertium à cultu, qui ipsi ab omnibus creaturis merito exhibetur. Quartum ab vnanimi totius Ecclesiæ Christianæ consensu & experientia.

Principio, illustribus sacræ scripturæ nunciatis probatur, quod mediator ac saluator noster sit verus, æternus & omnipotens Deus.

Esa. 54. DOMINVS exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israël, Deus omnis terræ vocabitur.

Ierem. 23. Hoc est nomen, quod vocabunt eum, Iehoua iustificator noster.

Psal. 68. Iehoua nomen illi, exultate in conspectu eius.

Iohannis 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud DEVM, & DEVS erat verbum. Hic vocat Christum verbum Dei, quod sonet de ipso verbum Dei.

Rom. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia, Deus benedictus in secula.

I. Iohan. 5. Et sumus in vero, in filio eius, Iesu Christo, hic est verus Deus & vita æterna.

Notandum vero, quod quotiescunq; Christi

Christus v
ties proba
patre & spi
stentes per
quemadme
uinã Christ
vnum & tre
Secundu
uina saluato
tur, petitur
Solius enim
uiuificare cr
potentia suã
propria virt
hominum, e
mani gemit
præsens, & e
in cordib. om
diuina opera
tur Iesu Chri
& hinc com
essentialis De
Valet aute
regulam: C
re affirmatur
ei, quod ad
spectat, tunc
turam quoe
Tertium

Christus vocatur filius Dei vnigenitus, toties probatur esse verus Deus vna cum patre & spiritu sancto : tres nimirum existentes personæ, in vna diuina essentia, quemadmodum iuxta patefactionem diuinâ Christiani omnes cõfitentur Deum vnum & tres diuinitatis personas.

Secundum genus testimoniorû, quo diuina saluatoris nostri natura comprobatur, petitur ex operibus ipsius diuinis. Solius enim Dei opera hæc sunt, creare, viuificare creaturam, omnia sub manu potentia suæ continere, resuscitare sua propria virtute mortuos, videre corda hominum, exaudire intimos cordis humani gemitus & desideria, adesse vbique præsens, & esse vno & eodem tempore in cordib. omnium Christianorum. Hæc diuina opera & proprietates attribuuntur Iesu Christo in sacris literis, vnde recte hinc concluditur, quod sit verus & essentialis Deus.

Valet autem argumentum iuxta hanc regulam : Quodcumque aliquid vere affirmatur de aliquo & attribuitur ei, quod ad vnâ solummodo naturam spectat, tunc necesse est eandem ipsi naturam quoque attribui.

Tertium testimoniorum genus, quo diui-

diuina natura Messiaë probatur, petitur ex cultu & honore, qui ipsi exhibetur & in sacra scriptura ascribitur.

Apud Prophetam inquit Deus, gloriam meam, hoc est, cultum & honorem diuinum, qui soli mihi debetur, alteri non dabo. Solus ego sum fons ille a quo omnia bona promanant. Solus ego sum qui deleo iniquitates. Solus ego iustifico & sanctifico homines. Ego solus saluator, in me solum credant, & me inuocent omnes. Me solum omnes creaturæ, cælum & terra, angeli & homines celebrent, immo etiam genua flectant mihi, quicumque in inferno sunt. Huiusmodi honor & cultus soli Deo debitus, Domino nostro Iesu Christo in scripturis attribuitur

1. Corrinth. 1. Christus factus est nobis à Deo sapientia & iustitia, sanctificatio & redemptio, ut qui gloriatur, gloriatur in Domino, hoc est, in Iesu Christo.

Hebræ. 1. Et omnes angeli Dei adorant eum, hoc est, Iesum Christum.

Stephanus Actor. 7. inquit, Domine Iesu suscipe spiritum meum.

2. Thessa. 2. Dominus noster Iesus
CHRISTVS, & Deus & pater noster, qui
dilexit

V
dilexit nos
nam, & spe
corda vestr.
& sermone
Paulus qu
precatur hi
Domino no
2. Corin
mini nostri
communica
nibus vobis.
Quartum
CHRISTVS
Deus comp
sua Christian
entia in cord
ra & viua fi
saluatorem c
Athanasius
hunc modum
ut vnum Deu
in vnitae ve
Neque cont
substantiam s
Alia enim
alia Spiritus
Sed patris
est diuinitas
maiestas.

dilexit nos & dedit consolationem æternam, & spem bonā, in gratia consoletur corda vestra & confirmet in omni opere & sermone bono.

Paulus quoque in omnibus suis Epistolis precatur his quibus scribit, gratiam à Domino nostro Iesu Christo.

2. Corinth. 13. inquit: Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei & communicatio spiritus Sancti sit cum omnibus vobis.

Quartum genus testimoniorum quo CHRISTVS DOMINVS noster, verus Deus comprobatur, est vnanimis Ecclesiæ Christianæ consensus & certa experientia in cordibus eorum, quotquot vera & viua fide Christum Dominum & saluatorem complectuntur.

Athanasius in suo symbolo loquitur in hunc modum. Hæc est fides Catholica, vt vnum Deum in trinitate & trinitatem in vnitatem veneremur.

Neque confundentes personas, neque substantiam separantes.

Alia enim est persona patris, alia filij, alia Spiritus sancti

Sed patris & filij & spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qua-

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus.

Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni, sed vnus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed vnus increatus & vnus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres dij, sed vnus est Deus.

Ita dominus Pater, dominus Filius, dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres domini, sed vnus est Dominus.

Quia sicut singulatim vnamquamque personam Deum aut Dominum confiteri, Christiana veritate compellimur.

Ita tres deos aut dominos dicere,
Catho-

Catholica

Pater à

nec genitus

Filius à

creatus sed

Spiritus s

ctus nec cre

dens.

Vnus erg

Filius non tr

non tres spiri

Et in hac T

sterius, nihil

Sed tota t

sunt & coæq

Huic con

fessio Cathol

ceno proposi

Credo in v

potentem, fa

bilium omniu

Et in vnum

st v m, filium

tre natum an

Deo, Lumen

de Deo vero

substantialer

ta sunt, &c

Idem pr

Catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus, nec creatus
nec genitus.

Filius à Patre solo est, nec factus nec
creatus sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio, nec fa-
ctus nec creatus nec genitus, sed proce-
dens.

Vnus ergo Pater non tres patres, vnus
Filius non tres filij, vnus Spiritus sanctus
non tres spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut po-
sterius, nihil maius aut minus.

Sed totæ tres personæ, coæternæ sibi
sunt & coæquales.

Huic conformis per omnia est con-
fessio Catholicæ Ecclesiæ in symbolo Ni-
ceno proposita.

Credo in vnum Deum patrem omni-
potentem, factorem cœli & terræ, visi-
bilium omnium & inuisibilem.

Et in vnum Dominum IESVM CHRI-
STVM, filium Dei vnigenitum & ex pa-
tre natum ante omnia secula, Deum de
Deo, Lumen de lumine. Deum verum
de Deo vero, genitum non factum, con-
substantialem patri, per quem omnia fa-
cta sunt, &c.

Idem probat hymnorū illa appendix,

iam

iam à multis sæculis in Ecclesia Christiana
vfitata: Gloria Patri & filio & Spiritui san-
cto, sicut erat in principio, & nunc, & sem-
per, & in sæcula sæculorum.

Tota quoque græca & latina Ecclesia
perpetuæ concordia gratia, vtuntur ora-
tione hac græca.

κύριε ἐλέησον, χριστὲ ἐλέησον. κύριε ἐλέησον. Et
hac precationis formula confitentur
Christiani Deum vnum & tres diuinitatis
personas.

Proinde omnes vere Christiani, pro-
pria experientia edocti, norunt & faten-
tur Iesum Christum esse Deum verum &
omnipotentem. Experiuntur enim in-
ter precandum præsentiam & potentiã
Dei, qua ipsos consolatur, & non tantum
obfignat in cordibus eorum sacrosancti
sui Euangelij veritatem, sed etiam animo-
sos reddit, vt insultent audacter morti,
peccato, inferno, diabolo & omnibus
huius membris atq; mancipijs.

Huius rei plurima extant Sanctorum
Martyrum exempla, quorum etiam mul-
tæ nobiles Matronæ & virgines, & innu-
meri alij, maiori gaudio atq; auiditate
pro nomine Christi mori auebant, quam
huius sæculi delicijs, honoribus, diuitijs
& voluptatibus affluere atq; abundare.

Vnde

Vnde vero
ad supplicia
sola Iesu Ch
uinam suam
manifestauit
stum etiam
non præsto
& ardentem
mus.

Atq; ita
njs demonst
saluatorem n
videamus nu
torem esse I

Quod M
esse debueri
Prima magn
mana preme
tollit non pot
seu infirmita
bona quæ pe
hiscæ duabus
magis elucesc
nos, & excita
tionem nomi
mi & totius
Magnitud
premebatur
mum, vide

Vnde vero hæc tanta animi fortitudo, & ad supplicia subeunda promptitudo, nisi à sola Iesu Christi potentia efficacia, qui diuinam suam virtutem in his præsentem manifestauit. Hunc eundem Iesum Christum etiam hodie retinemus, qui nusquam non præsto erit, si modo firma fide, serio & ardentè ipsius opem implorauerimus.

Atque ita certis & euentibus Testimonijs demonstrari, IESUM CHRISTUM saluatorem nostrum esse verum Deum, videamus nunc cur necesse fuerit mediatorem esse Deum.

Quod Messias & saluator noster Deus esse debuerit, duæ grauissimæ sunt causæ: Prima magnitudo mali, quæ natura humana premebatur, quæ ab vlla creatura tolli non poterat. Altera, impotentia seu infirmitas creaturæ, ad restituenda bona quæ per peccatum amissa erant. De hisce duabus causis aliquid dicam, quo magis elucescant beneficia Christi erga nos, & excitemur hac ratione ad celebrationem nominis ipsius, cum debita animi & totius vitæ gratitudine.

Magnitudo mali, quæ natura humana premebatur, cernitur in quatuor potissimum, videlicet in peccati grauitate, in

H

iræ

iræ diuinæ iusticia, in potentia mortis & in Diaboli tyrannide crudelissima.

Peccati grauitas maior fuit, quam vt eius onus sustinere posset finita potentia, qualis est angelorum & hominum, nam cum infinitus reatus sit, propter bonum finitum offensum, videlicet Deum, cuius maiestas læsa erat, per peccatum primorum parentum, necesse fuit vt hoc peccatum aut infinitis pœnis puniretur, iuxta normam diuinæ iusticiæ, aut pro eo satisfaceret diuinæ iusticiæ. Verum quia hæc satisfactio debebat esse precium infinitæ bonitatis & æquiualens, non potuit ab vlla, immo ne ab omnibus quidem creaturis simul fieri. Quare necesse fuit peccati expiatorem esse Deum, solus enim Deus vt est infinitus, ita solus infinitum malum superare abolereq; potuit.

Iræ diuinæ iusticia proportionem vindictæ ad offensam postulabat. Cum ergo offensa erat infinita, fuit & ira infinita, quâ prima creatura sustinere placareq; non potuit, quare necesse fuit, vt mediator, qui iram Dei placaret, Deus esset. De hac ita loquitur Paulus Rom. i. Reuelatur ira Dei de cælo super impietatem omnium hominum. Quod autem hæc tolli nõ posset sine mediatore, docet hoc dictum

dictum Ba
non credit
eum. Quod
sa & infinita
concurrunt
statis diuinæ
sus legem D
quam condi
tio, imitatio
defectio à ca
tolerabilis in
pena primor
cura in omni
minationibu
quibus prem
rannide diab
Dei in cælo, i
tudine æterna
qui non conu
cio infinito, s
na peccati. Q
bile fuisse iræ
rem, cuius eff
Potentia n
ab vlla creatu
quod Pinius
quidem possi
re. Nunc au
est mediato

dictum Baptistæ apud Iohannem. Qui non credit in filium, ira Dei manet super eum. Quod autem hæc ira Dei sit immensa & infinita propter peccatum (in quo concurrunt hæc mala, contemptus maiestatis diuinæ, superba contumacia aduersus legem Dei, indigna imaginis Dei, ad quam conditus erat homo, conspurcatio, imitatio Sathanæ hostis Dei, fœda defectio à castris Dei ad diabolum, & intolerabilis ingratitude, cognoscitur ex pœna primorum parentum, ex pœna secuta in omnibus posteris Adæ, ex comminationibus diuinis, ex calamitatibus quibus premitur humanum genus, ex tyrannide diaboli in homines, ex signis iræ Dei in cœlo, in terra, in mari, ex magnitudine æternarum pœnarum, quas luent qui non conuertuntur, denique ex precio infinito, soluto pro redemptione pœnæ peccati. Quis hic non videt, impossibile fuisse iram Dei tolli nisi per mediatorem, cuius esset infinita potentia?

Potentia mortis maior fuit, quam vt ab vlla creatura superari potuerit, adeo quod Plinius dixerit, sed falso, ne Deo quidem possibile esse mortuum excitare. Nunc autem cum munus præcipuum est mediatoris destruere mortem, neces-

H 2 se fuit

se fuit vt potentia diuina polleret, qua vt vitam conferre, ita mortem abolere potest. Non est enim apud illum impossibile vllum verbum.

Tyrannis diaboli crudelissima, sub qua captiuum tenebatur genus humanum propter peccatum, etiam erat opprimenda à mediatore. quam autem hoc fuerit impossibile humanæ naturæ, historia mundi cum omnium hominum experientia testatur. Quare necesse fuit mediatorem esse Deum, qui tyrannidem diaboli sua opprimeret potentia. Hinc perspicuum est, quod ad magnitudinem mali quo premebatur genus humanū tollendam, requirebatur, vt Mediator esset Deus.

Hic iuxta cogitetur magnitudo amoris in æterno patre & filio & Spiritu sancto erga genus humanum, pater filio suo non pepercit, sed voluit eum subijci pœnis, vt nos ab æternis pœnis liberaret. Filius volens & obædiens patri factus est victima, reatum peccati in se deriuans. Spiritus sanctus ipse vult in cordibus reconciliatorum habitare & motus diuinæ voluntati congruentes in nobis accendere. Hæc in nobis excitabunt fidem, inuocationem & gratitudinē erga Deum, & munient animos nostros aduersus terrores

rores mor
dem, imm
tere conan
habemus i
Iesv Ch
Secunda
torem De
firmitas cr
quæ per pe
vna voce in
henduntur.
tionem nec
lus enumer
r vs natus
cia, sanct
gloriatu
quatuor bo
aut finita po
potuit, quer
ne videbim
Primum
ator restitui
certis termi
dita est a pr
sane sapient
entia salutis
per viscera
hac sapient
nes primo

rores mortis, aduersus diaboli Tyrannidem, immo aduersus omnia, quæ euertere conantur spem salutis nostræ, quam habemus in Domino ac saluatore nostro
I E S V C H R I S T O.

Secunda causa, cur oportuerit mediatorem Deum esse, est impotentia & infirmitas creaturæ ad restituenda bona, quæ per peccatum amisimus. Etsi autem vna voce imaginis Dei hæc bona cõprehenduntur: tamen plura ad eius reparationem necessariò requiruntur, quæ Paulus enumerat I. Cor. I. cum ait, **C H R I S T V S** natus est nobis à Deo sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio, vt qui gloriatur, in Domino gloriatur. Hæc quatuor bonorum genera, creatura nulla aut finita potentia restituere hominibus potuit, quemadmodum de singulis ordine videbimus.

Primum itaq; Sapientiam debuit mediator restituere, non qualis est mundi, quæ certis terminis clauditur, sed quæ abscondita est a principibus sæculi huius. Quæ sane sapientia à Zacharia definitur esse scientia salutis, in remissionem peccatorum per viscera misericordiæ Dei nostri. De hac sapientia loquitur Euangelista Iohannes primo capite cum ait: Deum nemo

H 3

vidit

vidit vnquam, sed filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit nobis.

Verum dicat aliquis, an non per angelos & Prophetas potuisset Deus hominibus hanc reuelare sapientiam? Respondeo. Aliud est dare sapientiam seu docere vt ministri, Aliud est esse sapientiam, hoc est, efficaciter præstare, vt corda hominum percipiant salutarem sapientiam. Vox quidem hominis ferit aures corporis. At filius Dei, qui est ipsa Dei sapientia, animum hominis sapientia replet salutari. Nam tum demum verbum prophetarum & aliorum ministrorum verbi Dei fructū affert, quando per verbū Deus cor aperit & iustillat veræ sapientiæ semina, quod sane non est creaturæ vllius sed creatoris solius. Ex quo sequitur, oportuisse mediatorem esse Deum.

Secundo loco, oportuit Mediatorem iusticiam restituere. Nam sine perfecta iusticia nemo potest in conspectum Dei prodire. Verum perfectā iusticiam, quæ sufficiat omnibus, nemo potest conferre nisi Deus. Siquidem duo requiruntur, vt homo sit perfecte iustus coram Deo: quorum primum est liberari ab iniusticia & peccato, quæ mala in mundū homines secum afferūt. Alterum, donari & ornari
plena

plena legis
cia, quæ co
Neutrum f
nisi Deus ef
De prior
mus enorm
diuinæ. De
nari iusticia
stum est, qu
cum finita fi
minib. in sal
requiritur. Si
tionis victin
atq; adeo o
dientia sua
ram Deo fiffi
buit. Ita eni
nouit peccat
coniecit in ip
torum reatu
moreretur)
in ipso, hoc e
putaretur in
alibi inquit P
in salutē om
q; mediatorē
Sanctifica
mediator e
cum nulla

plena legis diuinæ (quæ est mensura iusticiæ, quæ coram Deo valet), obœdientia. Neutrum horum præstitisset mediator, nisi Deus esset.

De priori supra diximus, vbi ostendimus enormitatem peccati & iusticiam iræ diuinæ. De altero, quod est donari & ornari iusticia, qua satisfiat legi Dei, manifestum est, quod nullius creaturæ iusticia, cum finita sit, possit sufficere infinitis hominib. in salutē, quod sane in mediatore requiritur. Siquidem vt sufficienti expiationis victima pro peccatis satisfacere atq; adeo omnem reatū tollere: Ita obœdientia sua erga legem omnes iustos coram Deo sistere, qui in ipsum credunt, debuit. Ita enim Paulus ait. Eum qui non nouit peccatum, fecit peccatum (hoc est coniecit in ipsum Deus, omnium peccatorum reatum, vt pro his pateretur ac moreretur) vt nos fieremus iusticia Dei in ipso, hoc est, vt iusticia ipsius nobis imputaretur in iusticiam curam Deo. Ideo alibi inquit Paulus, Christus est finis legis in salutē omni credēti. Hinc videre licet q̄ mediatorē oportuerit esse verū Deum.

Sanctificatio tertio loco sequitur, quā mediator afferre debuit. Quod sane cum nulla creatura præstare potuit,

H 4 Deum

Deum esse mediatorem oportuit. Siquidem solius Dei est dare spiritum sanctificatorem, sine quo sanctificatio nostri fieri non potest.

Porro cum sanctificatio opponatur peccato, & in peccato sint duo, videlicet formale vt reatus, & materiale, vt viciosa qualitates & actiones, duplex erit sanctificatio, vna quæ opponitur reatui, quæ est expiatio peccati per Christi sanguinem, Altera quæ opponitur viciosis qualitatibus & actionibus, quæ est tum segregatio hominis à prophanitate gentium per mortificationem carnis, quæ fit resistendo prauis cogitationibus, affectibus & desiderijs carnis, aque totis viribus abstinendo a malis operibus: Tum etiam coniunctio hominis cum Deo, per viuificationem Spiritus, obtemperando Deo & sectando puritatem animi, affectuum, & innocentiam totius vitæ, breuiter: vt homo renunciet diabolo & eius operibus, & soli Deo toto corde adhæreat.

Hæc sanctificatio vocatur etiã a Paulo Philip. 3. circumcisio spiritualis. Nos inquit, circumcisi sumus, qui spiritu Deum colimus, in Christo gloriamur & non in carne confidimus, proinde Circumcisio Spiritualis est amputatio fiducia carnis,

nis, cui
purus col
reuera est
homo me

Quartu
ator nobis
redemptio.

quirit per
ris in Eccl

palsim per
quis potest

præfens esse

Secundo

videlicet vt

Ecclésiæ to

membroz

technas &

minum.

Tertio re

corda homi

pocritarum

us Dei sit in

timos affect

certe oport

Præterea

quoq; spect

inuocantur

tutis est.

Quinto

nis, cui succedit gloriatio in Christo, & purus colendi Deum affectus. Atque hæc reuera est sanctificatio illa, quam Deus & homo mediator noster affert.

Quartum bonum, quod noster mediator nobis restituere debuit, est perfecta redemptio. Hæc redemptio primum requirit perpetuam præsentiam mediatoris in Ecclesia, hoc est, in omnibus pijs passim per totum mundum sparsis. Sed quis potest simul & semper in tot locis præsens esse, nisi sit Deus?

Secundo requirit custodiam Ecclesiæ, videlicet vt mediator sit custos non solû Ecclesiæ totius, verum etiam singulorum membrorum ipsius, aduersus infinitas technas & insidias diabolorum & hominum.

Tertio requirit, vt mediator inspiciat corda hominum, ne fallatur externa hypocritarum larua. Iam autem cum solius Dei sit intueri corda hominum, & intimos affectuum recessus contemplari, certe oportuit mediatorem esse Deum.

Præterea ad officium mediatoris hoc quoque spectat, vt vbiq; audiat gemitus se inuocantium, quod sane solius diuinæ virtutis est.

Quinto requirit vt mediator in extre-

H 5 mo

mo die exuscitet omnes mortuos, quod opus est supra omnium creaturarum vires. Immo omnes creaturæ Dei proprijs suis viribus, muscam demortuam non possunt excitare, nedum omnes homines, quorum corpora varijs modis ac locis dispersa sunt. Hoc autem cum mediator facere debeat idq̃ in ictu oculi, necesse est eum esse Deum.

Sexto & ultimo requirit, vt mediator conferat resuscitatis, qui in vera fide obierant æternam vitam, perpetuam gloriam & conformitatem cum Deo. Sed quis hoc efficere potest, nisi solus Deus?

Abunde itaque demonstrauius Saluatorem nostrum & mediatorem esse Deum: & cur necesse fuerit eum esse verum Deum.

DE TERTIO CAPITE.

TERTIO loco de Christo proposuimus, quod sit verus homo, & cur oportuerit Mediatorem esse hominem.

Tota Ecclesia Catholica, vt credit CHRISTVM natum verum hominem: Ita etiam hodie esse atque in æternum permansurum verum hominem, pie confitetur.

Genes.

Genes.
quod cor
nis mulier
humana r
diator ter
mere deb
Abraha
ne eius be
Dauidi
ipfius deb
& regnare
Esaia. 7.
riet filium,
uel, hoc e
Cum hi
historia Eu
Mariam Vir
in vtero, &
eius Iesum,
mi vocabitu
rata est & in
quoniam vir
dit ei angeli
riet in te, &
bit tibi, h
aut iuxta co
ex potentia
cipies & p
am oratio


Genes. 3. Promittitur semen mulieris quod conteret caput serpentis. Seminis mulieris nomine, procul omni dubio humana natura significatur, quam mediator tempore à patre constituto assumere debuit.

Abrahæ promisit Deus, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes.

Dauidi quoque promittitur, quod filius ipsius debeat sedere super folium eius, & regnare in æternum.

Esaia. 7. Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabis nomen eius Emanuel, hoc est, qui erit Deus & homo.

Cum hisce prophetijs congruit tota historia Euangelica. Angelus missus ad Mariam Virginem dicit, ecce concipies in utero, & paries filiū & vocabis nomen eius Iesum, is erit magnus & filius altissimi vocabitur. Quod cum audisset, admirata est & inquit. Quomodo erit istud, quoniam virum non cognosco, & respondit ei angelus, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, hoc est, non ex virili semine, aut iuxta communem naturæ legem, sed ex potentia & sapienti consilio Dei concipies & paries. Atque ita concludit suam orationem angelus, memorabili hac senten-



sententia: Apud Deum non erit impossibile vllum verbum.

Octauo post natiuitatem die, circumciscus est secundum legem, ad morem seruatum in alijs infantibus Iudæorum. Educatus est à Iosepho & Maria, creuit sapientia atque gratia apud Deum & homines, & inuētus est per omnia homo naturalis habens corpus & animā & omnes conditiones ac proprietates humanæ naturæ excepto solo peccato. Hæc est summa Christianæ fidei de humanitate Iesu Christi, quemadmodum in articulis symboli fatemur cum dicimus: Credo in Iesum Christum Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

Sed cur necesse fuit mediatorem esse verum hominem? Quatuor recitari possunt ex sacris scripturis causæ, cur oportuerit Messiam esse hominem. 1. Iusticia Dei. 2. Restitutio imaginis Dei in homine amissæ per peccatum. 3. Adoptionis ratio. 4. Resurrectionis nostræ à mortuis certitudo.

Prima. Iusticia Dei requirebat, vt inobœdientia commissa in carne nostra, in eadem sarciretur. Congruebat enim ordini diuinæ, Iusticiæ, vt cum genus humanum

manum
mo, aliqu
imminis,
cium pro
n vs nost
& homo fa
us Adæ ref
tribuitur,
qua admis
Paulus Ro
mors regn
mun) mult
doni & iust
bunt per vt
ficut per in
multi (om
peccatores
(Christi) m
Item, 1.
hominem (I
(Iesum Chr
tuorum.
Hebræ. 2
sunt carnis
similiter par
vt per mort
tis habebat
Huc &
bat eum,

manum primum peccasset in vno Adamo, aliquis in humano genere à peccato immunis, pœnam solueret, quæ esset precium pro cæteris. Ideo enim DOMINVS noster assumpsit humanam naturam & homo factus est, veluti personam ipsius Adæ referens, cuius etiam nomen illi tribuitur, vt pœnam peccati in carne, in qua admissum fuit, persolueret. Ideo Paulus Rom. 5. inquit. Si vnus delicto mors regnavit, per vnum (scilicet Adamum) multo magis abundantiam gratiæ, doni & iusticiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Item, sicut per inobœdientiam vnus (Adami) multi (omnes homines) constituti sunt peccatores: Ita per obœdientiam vnus (Christi) multi constituuntur iusti.

Item, 1. Corinth. 15. Quia per vnum hominem (Adamū) mors, per hominem (Iesum Christum) etiam resurrectio mortuorum.

Hebræ. 2. Quoniam pueri participes sunt carnis & sanguinis, ipse quoq; consimiliter particeps factus est eorundem. vt per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolum.

Huc & illud Irenæi dictum, oportebat eum, qui inciperet occidere peccatum

tum, & mortis reum redimere hominem, id ipsum fieri, id est, hominem.

Et Augustinus inquit. Caro occæcauerat te, caro te sanat, quoniam sic venit Christus, vt de carne vitia carnis restingeret.

Secunda. Restitutio imaginis Dei, ad quam homo fuit conditus, hæc nullo modo fieri poterat, nisi per imaginem Dei naturalem, filium videlicet Dei æternum & vnigenitum, qui ideo assumpsit humanam naturam, vt imaginem Dei restitueret in omnibus, quotquot viua fide corpori ipsius inseruntur. Vnde Athanasius. congruebat filium assumere humanam naturam, vt hæc persona quæ est substantialis imago patris, restitueret imaginem Dei in nobis.

Tertia, adoptionis nostri ratio idem postulabat. Ideo enim filius Dei assumpsit humanam naturam, vt nos filios Dei faceret. Voluit ergo nobis naturæ societate iungi & frater noster fieri, vt nos ipsius membra effecti, filij DEI fieremus, Nam ideo filij DEI sumus & appellamur, qui in CHRISTO, qui est naturalis filius DEI, sumus per fidem, in hoc enim solo dilecti sumus & filij.

Iohannis .I. dedit potestatem filios Dei fieri,

fieri, quo
Gal. 4.
ris, misit
liere, factu
sub lege et
filiorum re
estis filij
sui in cor
pater.

In hanc
Irenæus, P
eius non pa
per filium e
filius eius h


Quarta.
titudo, vis
mediator n
spes & certit
corporum h
mediator no
caro quam r
circumferit
sto, vt in pri
regni celori
est facta. V
habemus cu
re, excitab
bimur etia
te, ita vt sit

fieri, quotquot credunt in nomen eius.

Gal. 4. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factū ex muliere, factum legi obnoxium, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra, clamantem Abba pater.

In hanc quoque sententiam loquitur Irænæus, Filiorum, inquit, adoptionis eius non participes possemus esse, nisi per filium eam recepissemus, id est, nisi filius eius homo fuisset factus.

Quarta. Resurrectionis nostræ certitudo, vis & efficacia in hoc sita est, q̄ mediator noster est homo. Vnica enim spes & certitudo, quam de resurrectione corporum habemus, est quod Christus mediator noster carnē nostrā assumpsit, nā caro quam nunc corruptioni obnoxiam circumferimus, iam suscitata est in Christo, vt in primitijs. Est in possessionem regni cœlorum ingressa, ibiq̄ immortalis est facta. Virtute igitur societatis quam habemus cum CHRISTI glorioso corpore, excitabimur in die extremo & donabimur etiam secundū carnē immortalitate, ita vt similes fratri nostro CHRISTO, frua-



fruemur cum eo læticia & salute æterna.

Hoc indicare vult Paulus 1. Corinth. 15. cum inquit, Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum, & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

Cum itaque incidit tentatio, volens nos adigere ad dubitationem de resurrectione carnis, leuemus corda nostra ad Iesum Christum, excitatum a mortuis, is & potest & vult nos quoque excitare à mortuis, cum sit Deus omnipotens & frater noster, socius eiusdem nobiscum naturæ humanæ. propterea inquit Paulus Philip. 3. Nostrum politeuma est in cœlis, vnde etiam seruatorem expectamus Dominum Iesum Christum qui transformabit corpus nostrum humile, vt con forme fiat corpori suo glorioso, pro efficacitate, qua potest etiam subijcere sibi omnia.

Recitavi itaque quatuor grauissimas causas, quibus demonstratur, summe necessarium fuisse mediatorem Dei & hominum, hominem esse, assumisse humanam naturam & in hac, nostri similem fieri. Has nobiscum in corde nostro perpetuo
cir-

circumfer
excitemur
minem, & q
dies esset,
mus, in pol

DE QV

Quartur
dixi, est qu
fuerit neces
Quod sit
prater alia r

Iohan. 1.
hoc est, fili
autem Ioha
us, tanquam
fuisent perfe
dimus glori

Matthæi 3
Mariæ filium
est filius me
placui. Hoc

thæi 17, ag
um quoque
dite. Quo
absq; omni

Et ad E
qui descen

circumferamus, vt ad seriã gratitudinem excitemur erga Deum, qui filium suũ hominem, & quidem egenũ fieri voluit, cum diues esset, vt illius inopia nos diuites esse mus, in possessione salutis & vitæ æternæ.

DE QVARTO CAPITE.

Quartum quod in Messia spectandum dixi, est quod sit vna persona, & cur hoc fuerit necessarium.

Quod sit vna persona mediator noster præter alia multa, hæc dicta confirmant.

Iohan. 1. Verbum caro factum est, hoc est, filius Dei factus est homo. addit autem Iohannes, & vidimus gloriam eius, tanquam vnigeniti Dei. Quod si duæ fuissent personæ, dixisset procul dubio vidimus gloriã eorũ, & non gloriam eius.

Matthæi 3. Sonat vox Dei supra Iesum Mariæ filium Baptizatum à Iohanne, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hoc loco & idem in monte, Matthæi 17, agnoscit hunc Mariæ filium, suum quoque filium, & inquit. Hunc audite. Quod si duæ extitissent personæ, absq; omni dubio dixisset, Hos audite.

Et ad Ephesios cap. 4. inquit Paulus: qui descendit, ipse est, & qui ascendit

I su-

supra omnes celos, vt adimpleret omnia.

Hoc etiam tota confitetur Ecclesia, quemadmodum habet symbolum Athanasianum, in hunc modum.

Est ergo fides recta, vt credamus & cōfiteamur, quod Dominus noster Iesus Christus Dei filius, Deus & homo est.

Deus est ex substantia patris, ante sæcula genitus, & homo ex substantia matris in sæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistēs.

Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen sed vnus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino non confusione substantiæ sed vnitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo, vnus est Christus.

Cur autem necessarium fuerit, vt mediator esset vna persona, & non duæ, vt sint in eo duæ distinctæ naturæ, multæ sunt grauissimæ rationes, quarum præcipuas quasdam hic annotasse sufficiat.

Prima

PRIMA
mo vna per
homines vn
tri vera diu
nitate, vt ita

SECUNDA
fidentes nih
altera dissi
diator quad
adiunctus fi
erat peccato
iunctus est m
tem vera hur
fit coniunge
quam habui
Irenæi lib. 3
cur verbum i
inquit, medi
propter suam
in amicitiam
ducere, & fa
minem, & h
Et Theodo
duos quospic
tes, vult rece
ponens, &
vero sinistra
cit & coniu
ram human

PRIMA. Mediator noster Deus & homo vna persona esse debuit, vt Deum & homines vnum faceret. Iungitur ergo patri vera diuinitate, & homini vera humanitate, vt ita vtrosque copulet.

SECUNDA. Mediator inter partes disidentes nihil efficiet, si vni adhæret & ab altera dissidet. Quare oportuit vt mediator quadam necessitate vtrique parti adiunctus sit. Deo ergo qui offensus erat peccato nostro, vera diuinitate iunctus est mediator noster, Homini autem vera humanitate sociatus est, vt possit coniungere aduersas partes societate, quam habuit cum vtrisque, iuxta illud Irenæi lib. 3. cap. 2. Vbi agit de causis cur verbum Dei caro fieret. oportuerat, inquit, mediatorem Dei & hominum, propter suam ad vtrosque cognationem, in amicitiam & concordiam vtrosque reducere, & facere vt Deus assumeret hominem, & homo se dederet Deo.

Et Theodoretus: Quemadmodū qui duos quospiam, manus inter se conferentes, vult reconciliare, se medium interponens, & hunc quidem dextra, illum vero sinistra tenens, ad amicitiam deducit & coniungit: Ita ipse cum diuinā naturam humanā vnijisset, inuiolabilem & quæ

I 2

dissol-

dissolui non potest, pacem conciliauit.

TERTIA. Si non esset Mediator vna persona, opera redemptionis in humana natura peracta, nequaquam essent sufficiens precium pro peccato, quo infinitum bonum est offensum. Mors siquidem debebatur pro peccato, verum purus Deus mortem sentire non potuit, nec solus homo superare potuit. Factus est ergo Deus homo, vt homo & Deus & deberet & posset satisfacere morti æternæ, humano generi debitæ. Assumfit proinde æternus filius Dei humanam naturam in vniionem personalem, vt opera in humana natura peracta, infinitæ essent virtutis & meriti. Siquidem ex indiuidua naturæ diuinæ & humanæ in vna persona vniione, est dignitas infinita, perfectio absolutissima & inæstimabile precium sanguinis, mortis atq; adeo omnium actionum & passionum Christi in sanctissima eius humanitate. Inde est potètia & virtus delendæ iniquitatis, & potestas remittendi peccata, iustificandi, viuificandi & saluandi credentes. Et quamuis Christus in sola carne passus est, vt inquit Petrus, tamè passio personæ tribuitur, propter illam arctissimam durarum naturarum vniionem, in vna persona.

Hæc vt aliquanto facilius intelligantur sub-

subiungam
Theologi

Homo ex
corpore & a
tentia anima

cinari, nun
bore corpo

ambulare &
aut malè fac

do homo, a
re corporis

simul efficit,
untur. Ita

cundum hu
secundam d

omnia tamen
qui est Deus

hi, quam sec
subiit, ascribi

Deus & hom
firmat Deum

suo sanguine
Mariæ filium

Nam Iesus &
persona.
In eandem
Cyrillus, qd
proprium
propterea

subiungam similitudinem, qua vsi sunt Theologi orthodoxi in veteri Ecclesia.

Homo ex duabus substantijs constat, corpore & anima, & nonnulla efficit potentia animæ, videlicet intelligere, ratiocinari, numerare, &c. & nonnulla robore corporis, vt fabricare, scribere, ambulare & alia huiusmodi aut benè aut malè facta. Hæc omnia quæ hoc modo homo, aut potentia animæ, aut robore corporis separatim, aut vtriusq; opera simul efficit, personæ hominis attribuntur. Ita etiam Christus quædam secundum humanam naturam, quædam secundam diuinam naturam facit, quæ omnia tamen attribuuntur toti Christo, qui est Deus & homo. Ideo mors Christi, quam secundum naturam humanam subiit, ascribitur toti personæ, quæ est Deus & homo. Itaque recte Lucas affirmat Deum acquisiuisse sibi Ecclesiam suo sanguine, Et rursus recte dicit, Iesum Mariæ filium condidisse cælum & terrâ. Nam Iesus & filius D E I æternus est vna persona.

In eandem quoq; sententiam loquitur Cyrillus, Quoniam, inquit, corpus quod proprium eius factum est, passum est, propterea verbum ipsum pro nobis pas-

sum dicitur. Atq; hinc est, quod omnia opera & beneficia redemptionis in Christo habeantur diuina, immensa, saluifica atq; adeo inæstimabilia, vt his nihil neq; in cælo neque in terra comparari possit, quemadmodum supra attigimus.

Ex hoc fonte promanat inexhausta & ineffabilis consolatio, ad afflictam conscientiam ob multitudinem peccatorum suorum trepidantem. Si enim tam preciosa est mors Christi, vt nullum sit precium æquiualens, quod huic conferri, multo minus anteferri possit, quid obstat quominus cumulum meorum peccatorum quantumuis excellentium, longe exuperet? Vnde Augustinus. Misericordia DEI multo maior est, quam omnium peccatorum miseria. Et Paulus, vbi abundauit delictum, ibi superabundauit gratia.

DE QVINTO CAPITE.

Quinto loco proposuimus de Christo quod sit saluator hominum, & quo modo salutis humanæ negocium expediat.

Quamuis de hac parte sapius in superioribus quædam attigimus, tamen iusta explicatio singulorum articulorum hætenus

nus quena
est. Dica
& primū re
quæ restant
rem mundi
do sit saluat
Moses in
caput serpe
destruet op
nes à peccat
inferno, atq;
benedicet at
Dei.

Ad eunde
Abrahamo
omnes geni
omni maledi
Et angeli
Vocabis non
saluum facie
eorum.

Item An
nuncio vobi
vobis hodie
I v s Dom
Paulus qu
tus sermo &
Iesus Chri
peccatore

nus quemadmodum par erat non facta est. Dicam itaq; nunc de his copiosius, & primū recitabo testimonia scripturæ, quæ testantur CHRISTVM esse saluatorem mundi, deinde declarabo quomodo fit saluator mundi.

Moses inquit, semen mulieris conteret caput serpentis, hoc est, CHRISTVS destruet opera diaboli & liberabit homines à peccato, morte, condemnatione & inferno, atq; eos iustificabit, viuificabit, benedicet atque introducet in regnum Dei.

Ad eundem modum loquitur DEVS Abrahamo: In semine tuo benedicentur omnes gentes, hoc est, liberabuntur ab omni maledictione & saluabuntur.

Et angelus Gabriel inquit ad Ioseph Vocabis nomen eius IESVM, is enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Item Angelus ad pastores, Ecce annuncio vobis gaudium magnū, natus est vobis hodie seruator, qui est CHRISTVS Dominus, in ciuitate Dauid.

Paulus quoq; .i. Tim. i. inquit, certus sermo & omni acceptione dignus, q̄ Iesus Christus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. Et quid mul-

ta adducam testimonia ? tota scriptura ubiq; affirmat Iesum Christum esse saluatorem mundi.

Sed quib. ergo modis declarat se Christus saluatorem mundi & redemptorem generis humani ? hoc in quinque præcipue beneficijs erga nos conspicitur, videlicet,

Primo, conferendo nobis verum salutaris sapientia intellectum, quo destituebamur.

Deinde, auferendo peccata nostra, quibus aggrauamur & opprimimur.

Tertio, imputando nobis iusticiam, quam ex nobis ipsis habere minime poteramus.

Quarto, sanctificando & regenerando nos per spiritum suum sanctum, ut qui eramus filij iræ, euadamus filij Dei.

Quinto, liberando nos à pœnis inferni, quas commeriti eramus, & donando nobis vitæ æternæ possessionem, quam ipse nobis sua morte acquisiuit. De his quinque beneficijs, quibus Christus totum redemptionis nostræ negocium absoluit & perfecit, breuiter ex sacra scriptura copiosiore explicationem subiungam.

PRIMUM BENEFICIUM.

De primo beneficio Christi, videlicet quod

V
quod nobis
pientia inte
nis aut inge
sequi poter
uangelista h
vnquam, v
finu patris,
sapientiam
salutis, in r
viscera miser

Et CHRIS
terna, vt co
um, & quen
TVM.

Vniuersa
entia compa
ac si quis vna
aut minimam
maris aut tot
Quæ enim eri
ternum ? au
celestis sapie
Euangelium
quam à Dom
Christo, nos

SECUND

De secu

quod nobis conferat verum salutaris sapientiae intellectum, quem propriae rationis aut ingenij acumine nullo modo consequi poteramus, loquitur Iohannes Euangelista his verbis. Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus ille filius, qui est in sinu patris, ipse nobis exposuit. hanc sapientiam vocat Zacharias, Scientiam salutis, in remissionem peccatorum per viscera misericordiae Dei.

Et CHRISTVS inquit, haec est vita aeterna, vt cognoscant te esse verum Deum, & quem misisti IESVM CHRISTVM.

Vniuersa mundi sapientia, huic sapientiae comparata, nulla est, aut perinde ac si quis vnã guttã, cum toto Oceano aut minimam arenulam cum vniuersi maris aut totius orbis arenis conferat. Quae enim erit ratio momentanei ad aeternum? aut humani ad diuinum? Haec coelestis sapietia, sacrosanctum nimirum Euangelium, est illa perfecta sapientia, quam à Domino & saluatore nostro Iesu Christo, nos habere gloriamur.

SECUNDVM BENEFICIVM.

De secundo beneficiorum CHRISTI

I 5

gene-

genere, videlicet, quod molem peccatorum nostrorum, qua premimur, à nobis aufert, concionatur Baptista, Iohan. 1. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, hoc est, hic Iesus offeret victimam illam, qua satisfaciet pro peccatis totius mundi.

Vt autem perueniamus ad pleniorum cognitionem huius testimonij Iohannis de Christo, subiiciam quaestiones, quas ipsa verba suppeditant. Prima cur Christus agnus dicatur, & cur agnus Dei cognominetur. Secunda, quid faciat hic agnus. Tertia, quorum causa faciat.

1. Duæ sunt rationes cur Christus dicatur agnus. Prima, vt commonefaciat Iohannes Iudæos, & nos de vtroque, umbra videlicet, quæ præcessit in veteri testamento, & impletione promissionis (quam Iohannes veritatem vocat) in nouo testamento.

Hebræ. 10. inquit Paulus: Vmbra habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, hoc est, veritatem seu promissionis impletionem. Fuit itaq; agnus legalis phase Iudæorum, & commonefactio de acceptis beneficijs, & admonitio seu adumbratio futuri. Quemadmodum enim admonebat Iudæos, quod quem-

quemadmodum
pro peccatis
sus sit, & e
bat per Ch
nus recõci
in libertat
Christo, ap
vt sciatur q
agnus Pasc
umbrabat.
signis & reb
tiones tribu
& veritatis
Sic petra
buitur Chr
veritas, qu
in deserto.
figura futur
us, id est p
a Iohanne &
qui solus y
lit.

Deinde c
appellat, sig
in victimam
ficiorum le
Iohannes,
victimam Ch
berent on

quemadmodum sacrificio agni in Aegypto peracto, populus ex Aegypto egressus sit, & è seruitute liberatus, ita significabat per Christi sacrificium, humanum genus recõciliatum iri Deo, & asserendum in libertatem. Tribuitur igitur veritati Christo, appellatio vmbrae, hoc est agni, vt sciatur quod Iesus Christus is sit, quem agnus Paschalis in veteri testamento adumbrabat. In scripturis enim vsitatũ est signis & rebus signatis, easdem appellationes tribuere, vt ex collatione vmbrae & veritatis plenius erudiamur.

Sic petra, quæ fuit vmbra Christi, tribuitur Christo, quia in eo completa est veritas, quæ adumbrata fuit per petram in deserto. Sacrificium quod erat tantum figura futuræ expiationis dicebatur *ἱλασμός*, id est propitiatio, quæ appellatio, a Iohanne & Paulo tribuitur CHRISTO qui solus verum propitiatorium obtulit.

Deinde cum Iohannes agnum Christũ appellat, significat ipsum mactandum esse in victimam, atq; ita finem omnium sacrificiorum legalium vno verbo expressit Iohannes, videlicet quod adumbrarent victimã Christi, & qua peracta cessare deberent omnia sacrificia Aaronica. Ideo inquit,

inquit, ecce agnus Dei, quasi diceret, vos Iudæi hæcenus multis retro annis, obtulistis agnum paschalem, verū ecce hic est verus ille agnus immaculatus & purus absq̃ omni peccato, qui merito agnus Dei appellatur, quod sufficiens sit victima pro peccatis totius mundi. propterea recte dixit Bernhardus: Quis melius peccatum tolleret, quam is, in quem peccatū non cadit? Is sine dubio me lauare potest, quem constat inquinatum non esse. hæc manus opertum luto detergat oculum, quæ sola sine puluere est.

Diximus cur Christus vocetur agnus & præcipue cur agnus Dei appelletur, nunc quid fecerit hic agnus paucis aperendum est.

Ecce inquit Iohannes, agnus Dei, qui tollit peccata mundi, hoc est, agnus ille Dei, hic Iesus, immolandus scilicet, per mortem & passionem suam tollit peccatum mundi, id est, Exonerat mundum peccato, quod in se transfert, vt illud merito suæ victimæ, id est, passionis & mortis aboleat. Atq̃ ita in hunc agnum Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, Deum & hominem, iniecta sunt peccata totius mundi, vt solus reatum, idem & maledictionem sustineret, nam etsi im-

munis

munis fuit
men & pœ
hoc est quo
stras omni
vocat Chri
onem, cum
mit de exe
execratio.
dem, pec
Corinth. 5.
fecit peccat
filium suum
Deo habitu
nos iusticia
reputarem
Ex his i
fentiendam
mini nostri
altero verbo
CHRIST
iam iam pas
sio explicat
me ipsum, vt
tate. Sancti
a peccatoril
cūs Deo p
offero mei
spiritū ate
per meriti

munis fuit a culpa Christus, reatum tamen & pœnam reuera in se recepit, Atq; hoc est quod Esaias ait, posuit in eum nostras omnium iniquitates. Ideo Paulus vocat Christum maledictum seu execrationem, cum ait Gal. 3. Christus nos redemit de execratione legis, factus pro nob. execratio. Huc etiam facit, quod eundem, peccatum nominat, cum ait. 2. Corinth. 5. Eum qui non nouit peccatû, fecit peccatum pro nobis. hoc est, Deus filium suum ita exinaniuit, vt esset coram Deo habitus peccatorum omniû reus, vt nos iusticia ipsius donaremur, qua iusti reputaremur in conspectu Dei.

Ex his iam dictis facile patet, quid sentiendum sit de morte & passione Domini nostri Iesu Christi, quod vno atque altero verbo latius indicabo.

CHRISTVS ipse Iohan .17. sua voce, iam iam passurus, quale opus sit sua passio explicat, cum ait: pro ijs sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Sanctifico, inquit, id est segregatus a peccatoribus puritate vera, & coniunctus Deo perfecto amore & obœdiëntia, offero me ipsum patri in ara crucis, per spiritû æternû, in hostiam placatoriã, vt per meritû meæ victimæ, homines in me
cre-

credentes separentur a prophanitate mundi, iungantur Deo per viam fidem, & ita offerantur in hostiam sanctam, vt sint vere sanctificati in æternum.

Hoc itaq; modo loquitur **CHRISTVS** hic de sua passione, quam definit esse sanctificationem, id est oblationem sanctam sui ipsius pro discipulis, id est, pro omnibus credituris, vt ipsi sint merito ipsius passionis sanctificati, tanquam hostia sancta oblata Deo.

Concludamus igitur breuibus, quid sit sentiendum de passione Christi, videlicet quod sit sacrificium propitiatorium, quo se ipsum filius Dei patri obtulit, vt mereretur omnibus qui credunt in eum æternam sanctificationem, liberationem à peccato & morte æterna, & salutem æternam.

Atq; ita in hac definitione continetur, quod singulis hisce quæstionibus respondeatur. Quis obtulit? æternus sacerdos **IESVS CHRISTVS**. Quid obtulit? seipsum, vbi obtulit? in ara crucis per amarissimam suam passionem & mortem. Cui seipsum obtulit? Patri, cuius iram merito suæ preciosæ victimæ placauit. Quorum causa se obtulit? Hominum. Qui erunt participes huius oblationis? omnes

omnes qui
Quonia
agnus videli
cata homin
excitiamus
Iohannes no
qui tollit pe
peccata mu
extendat se
CHRIST
Fuerunt
duo hominu
cendo turp
primi sunt,
victimam C
sed paucis q
Alterum ger
quadam esse
tum quidem
s t i remitt
& erroneas
loco refuta
testimonijs
Hi quos p
ci sunt & pa
nantes, ex se
intellectis,
nes destr
partim ate

omnes qui credunt in eum.

Quoniã audiuius quid effecerit hic agnus videlicet quod receperit in se peccata hominum, & pro ijs satisfecerit. excutiamus nunc vocabulum **MUNDI**. Iohannes non dicit, Ecce agnus **DEI** qui tollit peccata hominis, sed qui tollit peccata mundi, vt significet quousque extendat se precium oblationis **IESV CHRISTI**.

Fuerunt olim & sunt etiam hodie duo hominum genera, qui hic falsa docendo turpiter offenderunt. Horum primi sunt, qui opinantur passionem & victimam Christi non omnibus prodesse, sed paucis quibusdã peculiariter electis. Alterum genus eorum est, qui existimant quãdam esse peccata, quã ne per meritum quidem mortis & passionis **CHRISTI** remitti possint. hasce duas falsas & erroneas opiniones, breuiter hoc loco refutabo, & manifestis verbi **DEI** testimonijs profernam.

Hi quos primo loco nominavi, Stoici sunt & parcarum tabulas fingere conantes, ex scripturã testimonijs nõ recte intellectis, docent Deum creasse homines destinatos partim æternæ saluti, partim æternæ condemnationi, quomodo-

docunque aut credant aut uiuant. Hæc peruersa opinio, non tantum est blasphema in Deum, sed etiam seducit plurimos, vt aut desperent de Remissione peccatorum, aut securitati indulgeant, cogitantes nihili referre quomodo uiuant, cum salutem consequantur, propterea quod electi sint. Huic opinioni opponenda est misericors Dei voluntas, qui condidit hominem ad suam imaginem & Adamo restitutionem huius promisit. De hac voluntate Dei loquitur. Propheta his verbis: *Viuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à sua via & uiuat.* Quod si itaq; hæc verba, quod Deus nolit mortem peccatoris vera sunt, de qua re nullum plane est dubium, necesse est falsum esse, quod dicunt Deum destinasse quosdam saluti, quosdam condemnationi, idq; si consilium creationis & redemptionis generis humani respiciamus. Nam quantum ad contumaciam hominum attinet, ibi dicitur Deus multos creasse ad condemnationem, quos tamen volebat conuersos, salutem quæsiuisse ac consecutos fuisse.

Quemadmodum enim pater terrenus, erga suos liberos ita affectus est, quod

quod velit fi
& esse sibi h
suorum succ
stratus, cont
eorum expe
seipos cum t
ciem, atque
ciorum genu
dicere licet, q
lo conseruato
alia non fueri
sed quod sibi
hoc accersue
nes quidem h
conditos sal
rum contum
amplecti, & p
curitati & insa
tate sua moriu
mittit, vt luan
aduersus lege
salutis consec
penas. Hic
Deum tales
æternam cor
non quod ips
tus sit, sed qu
sis attraxerit
vanitatē gra
sa Christo.

quod velit singulos ad frugem peruenire & esse sibi honestos ac dignos bonorum suorum successores, & tamen sua spe frustratus, contumaciam & inobœdientiam eorum experitur, qua etiam hi tandem seipsos cum summa ignominia in perniciem, atque in infame aliquod suppliciorum genus conijciunt. De hoc patre dicere licet, quod liberos huic tanto malo conseruatos educarit, non quod longe alia non fuerit propositi ipsius voluntas, sed quod sibi ipsis liberi sua contumacia hoc accersuerint malum. Ita Deus omnes quidem homines ad imaginem suam conditos saluari cupit, verum si qui horum contumaces nolint ipsius verbum amplecti, & per fidem conuerti, sed securitati & insanix indulgentes, in impietate sua moriuntur, hos Deus perire permittit, vt luant tum suorum peccatorum aduersus legem Dei, tum etiam spretæ salutis consequendæ per Christum, iustas pœnas. Hic licet cum scriptura dicere, Deum tales contumaces nebulones ad æternam condemnationem condidisse, non quod ipse eorum perditione delectatus sit, sed quod hi eam sua malitia sibiipsis attraxerint, præferentes huius mundi vanitatē gratiæ & misericordiæ Dei in Iesu Christo.

K De

De hac Dei æterna & immota voluntate, ita loquitur Paulus, Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominū, homo Iesus Christus, qui dedit redemptionē semet ipsum pro omnib. Et Petrus ait, Longanimis est Deus non volens vllos perire, sed omnes ad pœnitentiam recipere.

Quid potest dici clarius? & quis erit qui se ausit hic opponere? Si itaq; Deus neminem vult perire, sed omnes per agnitionem veritatis saluos fieri, manifestum est mendaciū eorū, qui dicunt Deū nolle omnes homines saluari, sed multos creasse ad æternam condemnationem. Verū vt commodius certificetur nostra conscientia ex verbo Dei de hac paterna voluntate ipsius, proponam quatuor firmissima argumenta, quæ abundè nos reddant certiores de gratia Dei, quæ se extendit in omnes homines vbique terrarum, absque omni personarum, regionum, sexus & conditionum externarum respectu.

Primum argumentum est mandatum Dei vniuersale, ad omnes homines. Deus ipse sua voce e cælo loquitur, hic est filius meus dilectus hunc audite. Et Christus

Y
 stus suos di
 cum hoc ma
 dum vniuers
 um omni cre
 nib. Quis ita
 ausit, Deum
 vt Euangeli
 le quosdam
 vero obdura
 ita de Deo co
 riorum quou
 quæ nec vult
 habere corda
 testatur & oc
 Secundum
 Dei gratuita
 me, inquit C
 & onerati est
 Item qui cre
 saluus erit, q
 demnabitur.
 credit non e
 dum est totu
 ideo a Deo in
 vt per illud h
 Dei cognitio
 se venisse in
 saluos facer
 nis quærere
 erat.

stus suos discipulos in omnem terram, cum hoc mandato amandat: Ite in mundum vniuersum & proclamate Euangelium omni creaturæ, hoc est omnib. hominib. Quis itaq; tā impudens est, vt dicere ausit, Deum quidem præcipere omnibus vt Euangelium audiant, sed interea velle quosdam per fidem saluari, quosdam vero obdurari atque cõdemnari? Qui ita de Deo cogitant, faciunt ipsum deteriorem quouis Tyranno, qui ea imperet quæ nec vult, nec sentit, & hoc est duo habere corda, quod ipse Deus summè de testatur & odit.

Secundum argumentum est promissio Dei gratuita & vniuersalis. Venite ad me, inquit Christus, omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Item qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui vero non crediderit cõdemnabitur. Et Paulus, omnis qui credit non confundetur. Huc referendum est totum ministerium Euangelij quod ideo à Deo institutum est in hoc mundo, vt per illud homines deducantur in verã Dei cognitionem. Ipse Christus fatetur se venisse in hũc mundum, vt peccatores saluos faceret. Venit, inquit, filius hominis quærere & saluum facere quod perierat.

K 2 Ter-

Tertium argumentum sumitur ex precio passionis & mortis Christi, quod sufficit pro peccatis omnium hominum. Dedit semetipsum precium pro omnibus hominibus. Iohannes inquit, Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Et Christus, Ego cum exaltatus fuero a terra, omnes traham ad me.

Ideo Paulus dicit, gratiam abundare supra peccatum, quia tanti æstimatur preciosa victima Christi, quod omnia delet peccata. Iohannes inquit. Christus est propitiatio pro peccatis nostris & nō solum pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

Quartum Argumentum, quod certificat nos de voluntate Dei, est obsignatio gratiæ, quæ fit per sacramentum Baptismi.

Ite inquit Christus & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & Spiritus sancti. Hanc obsignationem confirmavit potestate sua & præsentia in hoc mundo. de illa loquitur, mihi data est omnis potestas in cælo & in terra, de hac vero cum inquit, Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Si itaque respiciamus ad potestatem Christi, potest efficere omnia quæ-

v
quæcunq; v
tem manda
omnes gent
monium, I
omnibus cr
se ad eum.
præsentiam
stus ipse, qu
tus efficit, c
signat.

Quatuor i
probauimus
quod velit c
quorquot se
fidem in Ie

Cuicunq;
constanter i
cat, quam no
festavit Deus
efficaciter pr
inde conclu
ad extenuar
Christi, dicit
sionem pecc
bus sed pat
desse.

Secundu
quædam e
possunt,

quæcunq; vult in cœlo & in terra. Si autem mandatum intueamur, vult Christus omnes gentes baptizari, vt sit hoc testimonium, Deum velle remittere peccata omnibus credentibus & conuertentibus se ad eum. Deniq; si oculos figamus in præsentiam ipsius, apparebit hic Christus ipse, qui Spiritu sancto baptizans, intus efficit, quod aqua foris adhibita designat.

Quatuor itaque immotis argumentis probauimus, hanc esse Dei voluntatem, quod velit omnes homines saluos fieri, quotquot seipfos ad eum cõuertunt per fidem in IESVM CHRISTVM.

Cuicunq; ergo cordi est sua salus, is constanter in hac Dei voluntate acquiescat, quam non solum in verbo suo manifestauit Deus, verumetiam multis modis efficaciter probauit ac demõstrauit. Proinde concludamus, falso docere eos, qui ad extenuandam mortem & passionem Christi, dicunt victimam ipsius in remissionem peccatorum factam, non omnibus sed paucis quibusdam electis prodesse.

Secundus error eorum est, qui asserunt quædam esse peccata, quæ remitti non possunt, propter meritum passionis &

mortis Christi. Huic opinioni aduersantur hæc Pauli verba. Vbi abundat peccatum, ibi superabundat gratia in CHRISTO IESU.

Item Iohannes, cum dicit, Christum tollere peccata mundi, innuit victimam Christi longe efficaciorẽ esse ad saluandum quam peccata totius mundi ad perdendum.

Itaq; cogitabimus, nullum esse maius peccatum, quam opinari vllum esse peccatum, maius gratia Dei in Iesu Christo. Tale fuit peccatum Cain, qui victus conscientia scelerum, desperabundus dixit, maior est iniquitas mea, quam vt remittatur. At huic rectè respondet Augustinus. Mentiris Cain, maior enim est misericordia Dei quam omnium peccatorum miseria. Arguit proinde Deũ mendacij, quicumque desperat de venia, ob peccatorum suorum molem & magnitudinem. contemnit iusiurandum Dei, qui iureiurando confirmat se nolle mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, siquidem Deus cum tuum peccatum intuetur, simul cogitat infinitum precium, pro eo solutum esse, passionem dominicam. Vnde vox illa conscientia exultantis in Bernhardo de remissione peccatorum,

Teneo

V
Teneo valic
nicam passi
luit multo pi
clamans in c
nem omniu
enim propte
est, quin po
illius in bon
malum. Pec
arenam mar
saluabis me,
cordiam tuar
Sed obijci
misi sapius v
sciens & vo
feci contra r
ita responde
sum hoc pec
rimi propter
& multi alij,
conuersione
gratia in De
bundat supr
tius mundi.
furgunt, per
nes propter
cõsequente
Hæc tẽtati
cum, vt de

Teneo validissimum argumentum, dominicam passionem. vox siquidē eius inuauit multo plus quam vox sanguinis Abel, clamans in cordibus electorum remissionem omnium peccatorum. Traditus est enim propter peccata nostra, nec dubiū est, quin potentior & efficacior sit mors illius in bonum, quam peccata nostra in malum. Peccaui, inquit Manasses, super arenam maris, sed tu Domine indignum saluabis me, secundum magnam misericordiam tuam.

Sed obijciat hic aliquis ac dicat, promisi sēpius vitæ emēdationem, & tamen sciens & volens insuper sēpe peccaui, & feci contra meam conscientiam. Ad hoc ita respondeo, horribile est & periculosum hoc peccati genus corā Deo, & plurimi propter hoc condemnantur, vt Saul & multi alij, qui subitanea morte absque conuersione hinc abripiuntur, sed tamen gratia in Domino nostro Iesu Christo abundat supra & hoc & omnia peccata totius mundi. Quicumq; enim à peccatis resurgunt, per seriam pœnitentiam, hi omnes propter mortem & passionē Christi cōsequuntur remissionem peccatorum. Hæc tētatio ita exercuit pupulum Iudaicum, vt desperabundus in in hanc vocem

K 4 pro-

prorumpens exclamarit, apud Ezechielem 33. Iniquitates nostræ & peccata nostra supra nos sunt, & in ipsis nos tabescimus. Quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos dicit dominator Dominus: Viuo ego nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, Conuertimini, conuertimini à peccatis vestris pessimis, quare moriemini domus Israel?

Quicumque igitur affligitur conscientia scelerum, recolat magnitudinem misericordiæ Dei, excedentis omnia opera Dei: cogitet voluntatem Dei esse, non velle mortem peccatoris, sed conuersionem & vitam. Intueatur *λυτῶν* perfolutum a Christo, quod longe maius est colluie omniū peccatorum totius mundi. Consideret exempla conuersorū post horrendissima peccata, vt Latronis, Manassis & aliorum plurimorū. Caueat ne magnitudini peccatorum suorum ad dat desperationem, qua negatur veritas DEI, quo sane peccato nullum grauius esse poterit. Atq; ita Thronum gratiæ accedat & serio corde propter Christum petat veniam, nec cesset fidei oratione pulsare, priusquam in corde suo senserit, per Spiritum sanctum sibi responsum dari. quod absq; omni dubio fiet, modo propo-

v
propositum
Cum hoc pa
ens respon
cordis, recte
ministrorū E
cenz. Veru
minus retine
natus hypoc
simile esse, vt
aut etiam de
donec talis fi
misterium Ecc
ca cedit in m
vt inde aliqui
rum speret.

Sed quid e
qui meminit
thai 12 cum i
omnis blasph
bus, spiritus e
mittetur, ne
seculo?

Item Marc
niam omnia
mittentur fili
phemauerit i
habet remis
erit æterni d
1. Iohan.

propositum peccandi serio abiecerit. Cum hoc pacto firmatus est animus, sentiens responsum Dei per consolationes cordis, recte petitur confirmatio per vocem ministrorum Euangelij, & usum dominicæ cænæ. Verum qui petit veniam & nihilo minus retinet propositum peccandi, damnatus hypocrita est, qui putat Deum sibi simile esse, ut qui moueatur & delectetur, aut etiam decipiatur hypocrisi. huic, donec talis fuerit, & absolutio per ministerium Ecclesiæ, & usus cænæ dominicæ cedit in maius iudicium, tantum abest, ut inde aliquid emolumenti sibi accessurum speret.

Sed quid ergo dicendum est de Christo, qui meminit peccati irremissibilis Matthæi 12 cum inquit, omne peccatum & omnis blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemix non remittetur, neque in hoc, neque in futuro sæculo?

Item Marci .3. Amen dico vobis, quoniam omnia peccata & blasphemix dimittentur filiis hominum, qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.

1. Iohan. 5. qui scit fratrem suum peccare

K 5

care peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo ut roget quis, dico, omnis iniquitas peccatū est, & est peccatum non ad mortem.

Hebræ. 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerūt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque cœli venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, ut qui rursus crucifigant sibiipsis filium D E I & ludibrio exponant.

Heb. 10. Voluntarie peccantibus (hoc est, si qui deficiant à Christo) post acceptam noticiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia.

1. Timoth. 1. Ego qui primus blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.

Hæc sacræ scripturæ testimonia loquuntur de quodam peccati genere, quod nec in hoc sæculo, neq; futuro remittatur. Appellatur hoc communiter peccatum in Spiritum sanctum. De eo autem alij alia dicunt, & ea ratione multos in desperationem adigunt, dum incerti igno-

ignorant, qu
Immo multi
peccati reos
entia: horren
unt sine pe
gener exper
lerit inter se
cris literis re
quæ sit hui
Excitiam ita
pturæ, & in
perspicuam &
initionem.

Principio
peccatum ac
tur in Spiritu
tis. Omnis, i
sed non ad me
cauerit, aduo
trem Iesum C
propitiatio p
nostris tantu
di. Quæ duo
cent, quod pe
nō sit legis di
gressio. Nam
vritur Iohar
contra lege
peccatū, sed

ignorant, quid credituri aut facturi sint. Immo multi etiam existimantes se huius peccati reos, anguntur animis & conscientia horrendis implicati doloribus, viuunt sine pœnitentia. Verum qui diligenter expenderit scripturam, & contulerit inter se ea quæ de hoc peccato in sacris literis referuntur, is facile intelliget quæ sit huius peccati ratio & forma. Excutiam itaque iam citatos locos scripturæ, & inde concludam atque eruam perspicuam & plenam huius peccati definitionem.

Principio distinguit dictum Iohannis, peccatum ad mortem, quod alias dicitur in Spiritum sanctum, ab alijs peccatis. Omnis, inquit, ἀδικία est peccatum, sed non ad mortem. Item, Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Quæ duo testimonia abunde nos docent, quod peccatum in Spiritum sanctum, nō sit legis diuinæ, hoc est, decalogi transgressio. Nam vocabulum ἀδικίας quo hic vtitur Iohannes, significat quicquid fit contra legem, quod vocat Iohannes quidem peccatum, sed non ad mortem, hoc est, non
 contra

contra Spiritum sanctum. Hinc ergo concludemus, peccatum in Spiritum sanctum non esse transgressionem legis moralis vllam, nec vniuersalem, nec particularem: Quamuis minimum alioquin peccatum, quod designatur contra legem, natura sua & malicia mereatur mortem æternam.

Matthæus vero & Marcus monstrant quod materia peccati in Spiritum sanctum sit contemptus Christi & eius Evangelij. Sed non in eo consummatur peccatum hoc, quia Petrus in die Pentecostes recepit tria millia hominum agentium pœnitentiam, qui Christum vsq; ad mortem crucis persecuti erant.

Paulus itaque facit discrimen inter duo genera hominum persequentium Christum. Vnum eorum qui ignorant. Alterum vero horum qui sciunt se male & inique facere.

Ego, inquit, Paulus persecutor & blasphemus fui in Christum, quia ignorans feci in incredulitate. Ad hunc modum etiam alij persecuti sunt Christum & Evangelium ipsius, & tamen misericordiam consecuti sunt, eo quod fecerunt ignorantes in incredulitate.

Paulus præterea ad Hebræos monstrat

strat, quid
tequam con
tum fuisse a
ram noticia
gustasse bon
ticipem fui
Papa qui al
res sunt, cu
possederint
quo è cor
Spiritus sanc
gelij obfigna
Proinde e
bus consista
reus dicend
de edocius
angelij salut
qui manifest
iecta ipsi cru
melia ipsam
trinam eius
ferre nequit
diabolo, qu
risai, quibu
catum blasp
eti illuminat
docti erant
& insuper
raculis, ta

firat, quid præcedat hoc peccatum antequam committatur, videlicet illuminatum fuisse à Spiritu sancto, habuisse veram noticiam personæ & officij Christi, gustasse bonum Dei verbum, atque participem fuisse Spiritus sancti. Turca & Papa qui alioquin execrabiles peccatores sunt, cum Spiritum sanctum nunquam possederint, tale peccatum non habent, quo è cordibus rejicitur testimonium Spiritus sancti, per quem veritas Evangelij obsignata fuit.

Proinde etiam indicat Paulus, in quibus consistat hoc peccatum, ita ut huius reus dicendus sit is, qui non solum abunde edoctus & illuminatus fuit in vera Evangelij salutaris doctrina: Verumetiam qui manifeste se opponit Christo, & obiecta ipsi crucis suæ ignominia, contumelia ipsum afficit, & totis viribus doctrinam eius persequitur, nomen ipsius ferre nequit: Sed opera Christi ascribit diabolo, quemadmodum fecerunt Pharisei, quibus Christus imputat hoc peccatum blasphemix, adversus Spiritus sancti illuminationem. Pharisei enim etsi edocti erant multis prophetijs de Christo & insuper conuicti Christi doctrina & miraculis, tamen scientes & volentes pro-

seque-

sequebantur Christum & ipsius Euangelium, quod à Deo esse norant, per Spiritus sancti illuminationem, & quod maius est non solum contumaces oppugnabant Christum calumnijs, tyrānide & hypocrisi, opponētes se ipsius verbo, quod verum esse cor illorum testabatur, verum etiam propriæ suæ iusticiæ & sacrificiorum cumulo confidebant, reijcientes Christi iusticiam & victimam, quæ sola tollit peccata mundi.

Hinc igitur concludimus peccatum in Spiritum sanctū, non esse decalogi transgressionem, neque contemptum aut persecutionem Christi ac Euangelij ex ignorantia & incredulitate. Sed tum demum dicitur aliquis peccare in Spiritum sanctum, cum voluntaria rebellione opponit se Christo verè agnito, & deficit ab Euangelio, in corde suo per Spiritum sanctum illuminantem obsignato, atq; persequitur Ecclesiam. cum fiducia propriæ suæ iusticiæ & sacrificiorum, spreta & abiecta finaliter Christi hostia quæ sola peccati expiatrix existit.

Hæc est plena definitio peccati in spiritum sanctum, quod hanc appellationē ideo sortitum est, quod homo cuius cor ante illuminatum fuit in vera Christi noticia

v
 ticia per Sp
 nit Spiritui
 huius opera
 Cur autem
 tur, indicat
 quit: Non es
 cato, quam f
 hi finaliter re
 ipfius victim
 mis, mirum
 consequi, qu
 Domini nosti
 Porro si qu
 obnoxius hu
 ctum, conue
 ferio penite
 toto animo p
 ritum passton
 hoc ita respō
 undat supra
 huius peccati
 maior sit gra
 Iesu Christo.
 um nolle mo
 uertatur &
 peccatum in
 genti feriam
 niam prope
 Sed obij

ticia per Spiritum sanctum iam se opponit Spiritui sancto, & eum à se expellit, & huius opera attribuit diabolo.

Cur autem hoc peccatum non remittatur, indicat Paulus ad Hebræos cum inquit: Non est alia hostia reliqua pro peccato, quam solius Christi. Quoniam enim hi finaliter renunciarunt Christo, sprete ipsius victima, & confidunt alijs victimis, mirum non est, hos gratiam non consequi, quæ sola datur per victimam Domini nostri Iesu Christi.

Porro si quis quærat ac dicat: quid sit obnoxius huius peccati in Spiritum sanctum, conuertit se denuo ad Christum & serio pœniteat suæ contumaciæ, atq; ex toto animo petat veniam propter meritum passionis & mortis filij Dei? Ad hoc ita respõdeo cum Paulo: Gratia abundat supra peccatum. Neq; est tanta huius peccati magnitudo, quin millies maior sit gratia Dei, in Domino nostro Iesu Christo. Et cum certissimum sit, Deum nolle mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: affirmo remitti hoc peccatum in Spiritum sanctum, omni agenti seriam pœnitentiam, & petenti veniam propter Christum.

Sed obijci hic potest, manifeste docere Chri-

re Christum, non remitti hoc peccatum, neque in hoc sæculo, neque in futuro: itaque videtur hoc peccatum maius gratia Dei. Absit, immo longissime absit: firmissime enim credendum est, gratiam Dei longe exuperare peccata mundi. Cur ergo non remittitur? Ad hæc respondet Paulus Heb. 6. quia rursus renouari non possunt per pœnitentiam. idq; ideo, quod verum pœnitentiæ fundamentum, hostiam videlicet Christi abnegarunt, sine qua nec vlla salutaris pœnitentia seu conuersio, per fidem, ad Deum fieri potest, nec vlla est victima alia, quæ absq; hac sola, tollere peccata potest. Oportet, inquit Christus, prædicari in nomine meo pœnitentiam & remissionem peccatorum. Quocirca, quicumque se conuertit, & Christum atque ipsius victimam firma fide amplectitur, certo certius consequitur veniam per fidem.

Dicitur itaque hoc peccatum irremissibile, quod qui hoc perpetrant, maxima ex parte perseuerent in malo suo proposito, & nunquam confugiant ad gratiam Dei, per Dominum nostrum Iesum Christum. Qui enim gratiam Dei amplectitur, is non finaliter renunciauit victimæ Christi, quæ sola omnium peccatorum

v
catorum ex
Hæc breu
in Spiritum s
multos hac i
& paucos ha
siste atque di

TERTIV

Dictum est
in beneficio,
ab omni pecc
cit, nisi insup
Cum enim
eternam, ne
tur, nisi qui e
quit: Si vis ad
data. Seruare
se iuxta legem
Quamuis a
facit, quemac
nimus, nec i
consequitur,
luntas Dei,
possessionem
at iusticiam;
go filius Dei
sit naturam
ac subiecit

catorum expiatrix existit.

Hæc breuiter dicere volui de peccato in Spiritum sanctum, quod intelligerem multos hac in parte, nō recte instructos, & paucos hac de re, recte hætenus sensisse atque dilucide scripsisse.

TERTIVM BENEFICIVM.

Dictum est hætenus de secundo Christi beneficio, videlicet quod mundat nos ab omni peccato, verum hoc non sufficit, nisi insuper iusti euadamus.

Cum enim iusticia sit vera via in vitam æternam, nemo vnquam hanc consequitur, nisi qui est iustus, ideo Christus inquit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Seruare autem mandata est iustum se iuxta legem exhibere.

Quamuis autem nemo legi Dei satisfacit, quemadmodum supra demonstrauius, nec iusticiam ex operibus legis consequitur, manet tamen immota voluntas Dei, quod nemo admittatur in possessionem vitæ æternæ, nisi qui habeat iusticiam, quam lex requirit. Venit ergo filius Dei in hunc mundum, & assumpsit naturam humanam ex virgine Maria, ac subiecit se legi atque impleuit eam, ita

L

vt iu-

vt iusticiam ex operibus legis consequutus sit. Hæc iusticia Christi Dei & hominis, sufficit coram Deo, imputata omni credenti in ipsum.

Quemadmodū enim per inobediētiā vnus, omnes rei sumus, ita omnes quotquot credimus in Christum vnus iusticia reputamur iusti. Hoc est quod Paulus dicit Rom: 10. Christus est finis legis ad salutem omni credenti. Finis legis, dicitur finalis legis voluntas, vt fiant quæ illa vult & imperat. Vult autem iusticiam, quam cum assequitur, acquiescit, nec quemquam qui hac potitur condemnat.

Christus autem nō sua propria de causa est finis legis, sed eorum qui legem ad implere non poterant, ita vt imputet suā iusticiam, quam ex lege consecutus est, omnibus credentibus in ipsum, ne quo iure lex eos aut accusare aut condemnare possit. Propterea inquit Paulus, Christus est finis legis ad salutem omni credenti, hoc est, quicumq; credit, habet quod lex requirit, iusticiam videlicet, quæ est via salutis. huc facit quod Augustinus ait, quod lex præcipit, fides impetrat. Item, Christus nostra peccata, sua fecit, vt suam iusticiam, nostram
face-

V I
faceret. It
(vt inquit Pa
sto Iesu, quo
legis in ipfis.
Diligenter
satisfaciamus
sris operibu
ciam legis n
hac de causa
sub lege sed s
mus, quia lex
accuset, cum d
ipsa requirit.
r v s à maled
uando in se p
meriti eramus
& imputando
donati, iusti c
simo, quando
norū ac mortu
agit Paulus. a
nouit peccatu
nos fieremus
Dei iusticia, e
legi satisfacit
Cum itaq;
nem iustificar
coram De
non quod h

faceret. Itaq; nulla nunc condemnatio (vt inquit Paulus) in ijs, qui sunt in Christo Iesu, quoniam satisfactum est iusticiæ legis in ipsis.

Diligenter ergo obseruandum, quod satisfaciamus quidem legi, sed non nostris operibus, verum Christi qui iusticiam legis nobis credentibus imputat, hac de causa dicit Paulus, non sumus sub lege sed sub gratia. Sub lege non sumus, quia lex non inuenit in nobis, quod accuset, cum donati sumus iusticia, quam ipsa requirit. Redemit nos CHRISTVS à maledictione legis, primum deriuando in se pœnas in ara crucis, quas nos meriti eramus. Deinde implendo legem & imputando nobis suam iusticiam, qua donati, iusti compareamus in die nouissimo, quando Christus aduenit iustus viuorū ac mortuorū iudex. De hac iusticia agit Paulus. 2. Corinth. 5. Eum qui non nouit peccatum, fecit Deus peccatum, vt nos fieremus iusticia Dei in ipso. Hæc Dei iusticia, est obœdientia Christi, qua legi satisfacit pro nobis.

Cum itaq; audimus aut legimus, hominem iustificari fide absq; operibus legis, coram DEO, id ita est accipiendum, non quod homo ex operibus legis a se fa

L 2 ctis

Etis iustificetur, sed quod fide Christum amplectatur, qui sua obœdientia seu operibus perfecte iustus est coram Deo, & imputat hanc suam iusticiam legis, omnibus qui credunt in eum. Dicitur porro hæc iusticia fidei, quod imputetur credenti, Christi vero, quod is legi satisfacerit, Dei autem, quod hac is placetur & contentus sit. Hæc dicta sint de tertio Christi beneficio, videlicet iusticia ipsius, quam credentibus imputat, cuius supra quoque facta est mentio, vbi differuimus de vero legis vsu.

Q V A R T V M C H R I S T I B E N E F I C I V M .

Quartum Christi beneficium, est sanctitas seu sanctificatio. Christus enim cum remittit nobis peccata nostra, & eripit nos è regno Diaboli atque imputat nobis suam iusticiam, simul etiam nos sanctificat, & imputat suam sanctitatem nobis, qui ipsius corporis membra facti sumus. hinc est, quod Iohannes. i. Iohan. i. vocet cætum omnium credentium in I E S V M, sanctorum communionem. Vnde etiam pendet articulus symboli cum dicimus: Credo sanctam Ecclesiam
siam

fiam, sancto
De hac
Christianis a
diaboli, ita
le habere so
lio & Spiritu
principe ter
& ipfius mer
(inquit Ioha
tem habeatis
fit cum patre
sto. Hac san
David psal: 8
Custodi anir
sum, saluum
us speranten
Sanctum se et
do contingar
videlicet, qu
cumbimus, &
enim hoc fac
Domino no
perat perfec
hominis san
sanctificatio
quemadmo
han: 17. San
sint & ipfi
Constitit

fiam, sanctorum communionem.

De hac sanctificatione gloriari licet Christianis aduersus regnum & membra diaboli, ita quod merito dicere possint, se habere societatem cum Deo patre, filio & Spiritu sancto, ac separatos esse à principe tenebrarum, hoc est, diabolo & ipsius membris. Annunciamus vobis (inquit Iohannes) quod & vos societatem habeatis nobiscū, & societas nostra sit cum patre & cum filio eius Iesu Christo. Hac sanctificatione consolabatur se Dauid psal: 86. vbi in hunc modum orat. Custodi animam meam quoniā sanctus sum, saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te. Hic primum Dauid Sanctum se esse dicit. Deinde quomodo contingat hæc sanctificatio indicat, videlicet, quum firma fide in Deum recumbimus, & ipsi soli confidimus. qui enim hoc facit, is spiritualiter insitus est Domino nostro Iesu Christo, a quo impetrat perfectam atq; personalem totius hominis sanctificationem. Nam vt dixi, sanctificatio Christi credenti imputatur, quemadmodum docet ipse Christus Iohan: 17. Sanctifico me ipsum pro ijs, vt sint & ipsi sancti.

Consistit itaq; sanctitas hæc in remis-

L 3

sione

sione peccatorum, imputatione iusticiæ Christi, renunciatione diaboli: breuiter in fide ipsa, quæ Christum cum sua iusticia & sanctitate comprehendit.

Coniuncta est autem cum hac hominis sanctitate sanctificatio eiusdem, quæ pro fidei modulo sua etiam habet incrementa, & in quibusdam maior, in quibusdam minor reperitur, prout fides ipsa maior ac minor existit, cum homo fidem concipit per Spiritum sanctum, cuius etiam opera regeneratur, ibi statim sentitur efficacia Spiritus sancti, qui indies hominis mentem, affectus, cor, & totam denique vitam paulatim innouat. Mentem quidem per verbum à tenebris ignorantia, erroribus, & prauis cogitationibus liberat, & postea eam vera Dei noticia, doctrina salutis ac bonis cogitationibus irradiat atque illustrat. quo fit vt affectus purgati, sensim ab immundis carnis desiderijs liberos se vendicent, & efficacia Spiritus sancti, ad bonos inflammentur motus, prout mens ipsa illustrata fuerit.

Cor etiam hominis mansuescit & mollescit, ac deponens naturalem illam contumaciam, ortam à peccato originali, incipit Deo parere ac obtemperare,
iuxta

v l
iuxta scienti
cto. Huic
deat quoq;
hominis ope
ratio confiti
cto proposit
ac cordis cor
temperet, ne
faciat, quod
ris faciens vo
nes alias totiu
Porro con
uisimis tenta
tentissimis h
mundo oppo
hoc spiritual
ne, Christian
firmitatem, it
immo humi
sterni videat
auxilio, pr
sancti. Ad
ne victus suc
rio atq; homi
Nathan adm
Spiritus san
etiam multis
vt non frust
videat ne

iuxta scientiam cordi infusam à Sp. Sancto. Huic cordis obœdientiæ respondeat quoq̃, tum interna, tum externa hominis opera. Breuiter, hæc sanctificatio consistit in vera pœnitentia, & sancto proposito, ita vt homo omnes mētis ac cordis conatus eo dirigat, vt Deo obtemperet, nec quicquam sciens ac volens faciat, quod à Deo prohibitum sit, pluris faciens voluntatem Dei, quã res omnes alias totius mundi.

Porro concutitur hæc sanctificatio grauiſſimis tentationibus, vtpote quæ a potentissimis hostibus, Sathana, carne & mundo oppugnetur. Quo fit vt sæpe in hoc spiritali spiritus & carnis certamine, Christianus sentiat suarum virium infirmitatem, ita vt succumbere interdum, immo humi affligi ac plane quasi prosterni videatur: Sed subleuatur interim auxilio, præsentia & virtute Spiritus sancti. Ad hunc modum Dauid à carne victus succubuit, & polluit se adultério atq̃ homicidio. Sed cum prophetæ Nathan admonitiones audiret, efficacia Spiritus sancti subleuatus fuit. Idem etiam multis alijs sanctis Dei accidit, ita vt non frustra dixerit Paulus: Qui stat, videat ne cadat. Propterea hortatur

L 4 tur

tur Gallatas cap. 5. inquires. Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis, caro enim concupiscit aduersus spiritum, & Spiritus aduersus carnem. Atque ita nihil aliud est vita Christiani vere fidelis, quam perpetua militia. Quemadmodum in epigrammatis indicat Prosper, cum ait, Nunquam bella bonis, nunquam discrimina desunt, Et cum quo certet, mens pia semper habet. Quod etiam quotidiana experientia testatur & Christus ipse, cum orare nos quotidie iubet: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Salomon inquit: Septies in die cadit iustus & resurgit. Hoc enim interest inter filios Dei & diaboli. Hi contumacia peccant & permanent in peccatis suis. Filij vero Dei, infirmitate peccant, & seducuntur interdum à diabolo propria carne & mundo, sed resurgunt & apprehendunt Dei patris dextrâ, hoc est, amplectuntur firma fide Iesum Christum.

QVINTVM CHRISTI
BENEFICIVM.

Quintum Christi beneficium, ad quod
prio-

V I
piora hæc
liberatio atq
non metuen
bolo, carne, r
celo, siue in
hæc finalis r
ptura Salus
minem cond
sione filij sui
Habet aut
ditiones. Pr
tus ab omni r
lis. Secunde
metuamus n
Tertia quod
vt maiora ne
Quarta, qu
in æternum,
to atque muta
suis conditior
sequimur.
Hæc quin
sti beneficia,
tiones, Iesus
latio Deum &
mundi eum e
monstrat, qu
stus enim hæc
esse sacerdo

priora hæc omnia diriguntur, est finalis liberatio atque redemptio, ita vt postea non metuendū sit quicquam mali a diabolo, carne, mundo aut vlla alia re, siue in cœlo, siue in terra, siue etiam in inferno. hæc finalis redemptio appellatur in scriptura Salus, ad quam DEVS initio hominem condidit, ac postea morte ac passione filij sui redemit.

Habet autem hæc salus quatuor conditiones. Prima, quod liberemur penitus ab omni miseria, aduersitate & malis. Secunda quod in posterum non metuamus nobis ab vllō malo venturo. Tertia quod tanta consequamur bona, vt maiora ne optare quidem possimus. Quarta, quod his ipsis bonis fruamur in æternum, absque omni impedimento atque mutatione. Hanc salutem cum suis conditionibus in solo Christo consequimur.

Hæc quinque iam enumerata Iesu Christi beneficia, continent hæc duæ appellationes, Iesus, & Christus. Prima appellatio Deum & hominem ac saluatorem mundi eum esse ostendit. Altera vero monstrat, quomodo sit saluator. Christus enim hoc est vnctus, indicat Christū esse sacerdotē, regē & Prophetam. Sacer

dotem qui sua victima deleat nostra peccata, sua oratione semper intercedat pro nobis apud patrē nostrum cœlestē, & sua innocentia nos sanctificet. Prophetam vero qui doceat nos viam salutis, & postremo Regem, qui nos eripiat è regno diaboli & introducat in salutem & gaudium vitæ æternæ.

DE SEXTO CAPITE.

Sextum quod de Domino nostro Iesu Christo sciendū proposui, est de applicatione beneficiorum ipsius, videlicet quomodo horum facti participes, perducamur ad sempiternam beatitudinem.

Dominus & Saluator noster IESVS CHRISTVS, diuina sua erga nos bonitate, & ardenti nostræ salutis studio permotus, reddit nos suorum beneficiorum participes per Euangelium, fidem & sacrosancta Sacramenta, cum quibus efficaciter adest & donatur Spiritus sanctus. De hisce tribus diuinitus ordinatis instrumentis ordine dicam.

Primum est Euangeliū, quod promulgari per totum orbem terrarum iussit: cuius etiam ministerio efficax est, per spiritum suum sanctum, & colligit sibi ex toto ge

to genere h
atq; confere
cramentis,
ut vbiunqu
corrupto fu
necesse sit,
quamuis in
sint quædam
lo Ecclesiæ fi
In hac sua
ministerium
nibus homi
suum: Ite in
cate Euangeli
Luc. 24. op
meo pœniter
rum, in omne
hac voce Eua
nem peccator
Christum, ite
Hic offert mi
tem in suo ve
cem hominis
obtempero,
autem huic i
obœdienter
perditionem
sificam. Q
mortis reus

to genere humano Ecclesiam, quam regit atq; conseruat, doctrina Euangelij, Sacramentis, disciplina & ceremonijs: ita vt vbicunq; hæc quatuor integra, in corrupto fundamento, reperiantur, ibi necesse sit, esse Ecclesiam Christianam, quamuis in externo illo cœtu adiuncta sint quædam membra mortua, quæ titulo Ecclesiæ frustra gloriantur.

In hac sua Ecclesia offert Christus per ministerium Euangelij, gratiam suam omnibus hominibus iuxta hoc mandatum suum: *Ite in orbem vniuersum & prædicate Euangelium omni creaturæ.* Item, *Luc. 24. oportet prædicari in nomine meo pœnitentiã & remissionem peccatorum, in omnes gentes.* Cum itaq; audis, hac voce Euangelij tibi offerri remissionem peccatorum & vitam æternam per Christum, ita tecum animo tuo cogites. Hic offert mihi Christus gratiam & salutem in suo verbo, quod ille ipse per vocem hominis mihi loquitur, *Si itaq; huic obtempero, cedit hoc mihi in salutẽ.* Sin autem huic ipsius voci me præstitero inobœdientem, cedit mihi hic auditus in perditionem & cõdemnationem nisi resipiscam. Quemadmodũ enim homicida mortis reus, cõtemnens gratiã quã sibi à rege

rege clementissimo offerri audit, accersit sibi ipsi grauius supplicium: ita etiam si quis Euangelium gratiæ audiens, hoc non amplectitur, sibi ipsi grauioris pœnæ & condemnationis autor existit. Danda itaque est opera omnibus Christianis, vt summa cum reuerentia & attentione, salutare Euangelium Christi audiant, & fide illud amplectentes, gratos se declarent erga Dominum & saluatorem nostrum Iesum Christum.

Subiungam hoc loco breuem Euangelij definitionem.

Euangelium (vt paucis dicam) est vniuersalis prædicatio pœnitentiæ & remissionis peccatorum, in nomine Christi, quemadmodum ille ipse inquit: Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

Hanc prædicationem Christus vocat Euangelium, hoc est lætum nuntium, quo offeruntur omnibus hominibus credentibus, Iudæis & gentibus, hæc bona, videlicet liberatio à maledictione legis & ira Dei, remissio peccatorum, salus & vita æterna, idq; absque omni merito humano,

mano, p
suam, vt co
brent, quic
participes r
Continer
gelij quatu
Primum
le ad omne
nolit, Deum
denuo reum
Secundum
Euangelium
nem peccato
vitam ætern
peccatis, i
morte ætern
ceperint.
Tertium,
beneficia off
cui persona
num huma
omnes salu
consequi ap
indignitate
dinem desp
Quartum
contingant
ad Deum
nunc porr

mano, propter mortem & passionem suam, vt corde, ore, & vita Deum celebrent, quicunque horum beneficiorum participes redduntur.

Continet autem hæc definitio Evangelij quatuor membra.

Primum est, Mandatum Dei vniuersale ad omnes homines, quod qui audire nolit, Deum ipsum contemnit & seipsum denuo reum facit æternæ mortis.

Secundum est, quod quemadmodum Euangelium offert hominibus remissionem peccatorum, iusticiam, salutem & vitam æternam: ita etiam maneant in peccatis, iniusticia, condemnatione & morte æterna, quicunque illud non receperint.

Tertium, quod gratuito omnibus hæc beneficia offerantur, absque omni respectu personarum, nationum & conditionum humanarum. Christus enim vult omnes saluos fieri, quotquot salutem consequi appetunt, ne quis aut ob suam indignitatem, aut peccatorum multitudinem desperet.

Quartum indicat, quibus hæc bona contingant, videlicet conuertentibus se ad Deum in vera fide, quemadmodum nunc porro de hac dicendum erit. Hæc suffi-

sufficiant de primo instrumēto, videlicet Euangelio, cuius ministerio Deus omnibus hominibus salutem offert. supra copiose dictum est, quomodo lex sit nobis pædagogus ad Christum, liberantem nos à maledictione legis.

Secundum medium quo Christus nobis sua beneficia applicat, est fides. Sicut enim à parte Christi Euangelium est vice manus, qua nobis sua beneficia porrigit: Ita è nostra parte est fides instar manus, quæ oblatum Christum cum omnibus suis beneficijs accipit.

Vt autem intelligatur, quæ sit vera fidei natura, subijciam primo huius definitionem ita manifestam, vt nemini dubium relinquatur, quid sit vera & Christiana fides. Deinde proprietates fidei naturales recensebo, ex quib. facile quis intelligat, an habeat fidem veram & genuinam, nec ne.

Baptista cum pronunciat credentem in filium habere vitam æternam, monet eam non quærendam esse alibi. Nam qui filiū habet, viam ad vitam æternā habet. Filius enim via est, vt ipse ait: Ego sum via. Deinde qui filium habet, ianuam vitæ habet, iuxta illud: Ego sum ostium. Præterea qui habet filium, meritum vitæ
æter-

æternæ hab
re debebat
est, in se cre
ruit. Adhæ
cum filio h
non peperc
didit ipsum
ipso nobis c
habet filium
non potest,
vitæ æternæ.
bet, ipsam v
ipse ait: Ego
Sive ergo
meritum, f
sive ipsam vi
hæc singula
Et contra, q
videbit vitam
eum. Hinc
stantia & vtil
sequi potest
per legem f
magnitudin
tionem.
Itaque de
peccatū, ita
casse aut o
ob cōmissa

æternæ habet. Nam filius non sibi cui iure debebatur vita æterna, sed suis, hoc est, in se credentibus vitam æternam meruit. Adhæc, qui filium habet, omnia cum filio habet, qui enim proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit ipsum, quomodo non etiam cum ipso nobis omnia donaret? Denique qui habet filium, vnū est cum ipso. Fieri itaq; non potest, quin vere & cum filio hæres vitæ æternæ sit. Postremo, qui filium habet, ipsam vitam æternam habet, sicut ipse ait: Ego sum vita.

Siue ergo viam vitæ, siue ostium siue meritum, siue fontem & Dominum, siue ipsam vitam æternam quæris, habes hæc singula in filio, cum in ipsum credis. Et contra, qui non credit in filium, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Hinc æstimare licet, quæ sit præstantia & vtilitas fidei, quam nemo consequi potest, nisi qui prius admonitus per legem sui peccati, senserit iræ Dei magnitudinem, & iustam condemnationem.

Itaque docet nos scriptura dolere ob peccatū, ita vt vellemus nos nunquā peccasse aut offendisse Deum, & sentiamus ob cōmissa delicta verum cordis dolorē
& an-

& anxietatem. Qui eo progressus est, hie demum recte agnoscit quam sit illud Euangelij lætū nuntium, quod offert credentibus remissionem peccatorum, gratiam Dei, iusticiam & vitam æternam.

Sed quid igitur est fides? Duæ loquendi formulæ videlicet credere in Christū & credere in nomen Christi, nobis perspicue rationem fidei declarabunt.

Prior sententia, videlicet credere in Christum, monstrat, obiectum fidei seu fiduciæ solummodo esse Christum, ita ut non sit salus, nisi in ipso solo speranda.

Posterior, nempe credere in nomen Christi, qualitatem fiduciæ indicat, videlicet, quod talis debeat esse fiducia in Christum, quale est nomen eius in Evangelio, & qualia facta ipsius, de ipso testificantia.

Cum ergo in Evangelio Christus nominatur Saluator omnium in se credentium, verus Deus, verus homo, vna vera & æterna persona, & agnus Dei tollens peccata mundi: Et multa exempla testantur facta Christi, huic Augusto nomini respondere (ut Latronis in cruce, Magdalenæ, Pauli, Petri & innumera alia) apparet, quod vera fides in Christum sit viua & constans cordis fiducia, qua

v
qua Christu
in se credent
stare quæ vi
nobis optim
societate cor
uator inter
litutus, qui
redemptionis
dit, sanguin
obcedentia
tur ad vitam
Dei patris mi
mundum, vt
ret, vt omni
reat, sed hab
Hæc pleni
gustius contr
baptistæ, qui
æternam, in f
ticia Christi,
obtinendæ p
fuit fides Lat
fiducia dixit:
num tuum ve
a Domino, H
fo. Talis er
quæ a Dom
uauit.
Item Pat

qua Christus statuitur saluator omnium in se credentium, vt qui possit omnia præstare quæ vult, tanquam Deus, qui velit nobis optima, vt homo, nobis naturæ societate coniunctus, qui debeat, vt mediator inter nos & Deum, à patre constitutus, qui dedit semetipsum in præciũ redemptionis pro nobis, vt omnis qui credit, sanguine ipsius purgetur à peccato, obœdientia iustificetur, spiritu regeneretur ad vitam æternam, per immensam Dei patris misericordiam. Qui sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Hæc plenior fiduciæ descriptio, in angustius contrahi potest, idq; ex verbis baptistæ, qui credit in filium habet vitam æternam, in hunc modum. Fides est noticia Christi, & firma fiducia vitæ æternæ obtinendæ propter illum. Huiusmodi fuit fides Latronis in cruce, qui ex firma fiducia dixit: Memento mei, cum in regnum tuum veneris. Cui responsum est a Domino, Hodie mecum eris in paradiso. Talis erat fides peccatricis Lucæ. 7. quæ a Domino audit, Fides tua te saluauit.

Item Publicani Luc. 18. ita precantis,

M

Deus

Deus propitius esto mihi peccatori.

Et Davidis Psal. 25. propter nomen tuum Domine, propitiare peccato meo.

Hæc omnia quadrant ad regulam Psal. 2. Beati omnes qui confidunt in eo.

Postquam fidem descripsimus, nunc proprietates huius quinque recensere, ex quibus ceu infallibilibus notis, quisque dignoscat an fidem veram habeat nec ne.

Prima proprietas fidei est, quod in corde sentiatur.

Secunda, quod in factis externis conspicendam se præbeat.

Tertia quod sub cruce se probari permittat.

Quarta quod vincat mundum.

Quinta, quod perseueret in finem, quæ est, teste Petro, salus animarum.

Prima fidei proprietas hæc est, quod in corde hominis viuat, ita vt sentiatur ineffabilis consolatio, aduersus maledictionem legis, potentiam mortis, & tyrannidem diaboli. vt sentiatur inenarrabilis læticia ex remissione peccatorum, & securitas spiritualis de gratia & amicitia D E I. Sentiatur præsentia & inhabitatio S P I R I T V S sancti in corde hominis. Sentiatur efficacia Spiritus

V I
tus sancti, ex
dum Deum.
om, ad obrem
resistendum d
spirituale ex
sentiatur gra
iter. Vbicun
hana, ibi sei
vera pietate,
fido, & gaudie
Secundo lo
tatem dixi, q
se conspiciend
enim opera te
ctionibus. Pr
bona arbor t
vero arbor m
fus: Ex fruct
eos. Impossi
cunq; vera vi
ritum sanctum
minis, non fir
ficantia de co
uersum sunt,
bonum, ita vt
cipium, dux &
tum & bonar
fides est func
tatur ac supe

tus sancti, excitantis fidem ad inuocandum Deum. Sentiatur ardens desiderium, ad obtemperandum voluntati Dei, & resistendum diabolo. Sentiatur gaudium spirituale ex inchoatione vitæ æternæ. Sentiatur gratitudo erga Deum. Breuiter. Vbicunq; est in homine fides Christiana, ibi seipsam vt prodat necesse est vera pietate, sancto bene viuendi proposito, & gaudio in Spiritu sancto.

Secundo loco hanc fidei esse proprietatem dixi, quod in externis operibus se conspiciendam exhibeat. Externa enim opera testificantur de cordis affectionibus. Propterea inquit Christus, bona arbor bonos fructus facit, mala vero arbor malos facit fructus. Et rursus: Ex fructibus ipsorum cognoscetis eos. Impossibile itaq; est, quod vbiq; vera viget fides in corde per Spiritum sanctum habitantem in corde hominis, non simul assint bona opera, testificantia de corde. Hæc fidei opera in vniuersum sunt, declinare à malo & facere bonum, ita vt sit fides fundamentum, principium, dux & gubernatrix omnium virtutum & bonarum actionum. Primum enim fides est fundamentum seu basis, cui innititur ac superædificatur omnis obædientia,

tia, virtus & quæuis opera bona. Deinde est principium, ex quo, ceu viua scaturigine, promanant riuuli omnium honestarum actionum & operum. Præterea dux est, quæ hominem in vera via continet, ne aut declinet in dextram, hoc est, ad bonas (quas vocant) intentiones hominum, volentium colere Deum iuxta propriam sapientiam ac traditiones, aut in sinistram, hoc est, ad opera diaboli, quibus hic mundus, cum membris diaboli, totum se dedit ac mancipauit. Immo fides omnis virtutis & Christianorum operum dux, nunquam acquiescit in vlllo facto sibi obiecto priusquam audit verbum hoc: Sic loquitur os Domini. Ideo ex fide orat Dauid Psal. 25. Vias tuas DOMINE demonstra mihi, & semitas tuas edoce me: Et Psal. 119. inquit: Beati immaculati in via, hoc est, qui per fidem Deo obtemperant, ita vt in vera pergant via, neque in dextram neque in sinistram declinantes. Postremo, Rectrix quoque est fides, dirigens totam vitam hominis & vniuersa ipsius opera ad hunc scopum, videlicet ad gloriam Dei, ædificationem Ecclesiæ & vtilitatem proximi.

Hæc vniuersa fidei opera iam commemorata

VI
 morata, ad se
 vocari possunt
 Primum e
 ternis vitæ op
 & communi
 verbum Dei,
 profitearis tu
 tis. Item co
 moueas glor
 serio affici ne
 quod ait Dau
 his quæ dicta
 mini ibimus.
 Domini Dei
 Quibus verb
 totum incum
 subditi, eum
 vt ostendat se
 lico piorum c
 emplum dece
 stratus & sub
 suam erga D
 clarent.
 Secundum
 tæ, ita vt vt
 cum solus sit
 spectu Dei,
 ab omni ar
 quod Deu

morata, ad sequentia quatuor capita reuocari possunt.

Primum est declaratio pietatis in externis vitæ operibus, nempe vt in cœtu & communione Christianorum audias verbum Dei, & inuoces Deum, publice profitearis tuam fidem & vtaris sacramētis. Item consilio, re & opere, promoueas gloriam Dei, ita vt agnoscaris serio affici negocio & causa Dei. hoc est quod ait Dauid Psal. 122. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Item, propter domum Domini Dei nostri, quæram bona tibi. Quibus verbis indicat Dauid in hoc se totum incumbere, vt intelligant ipsius subditi, eum hoc summo studio conari, vt ostendat se ministrum esse Dei in publico piorum cœtu. Quod Dauidis exemplum decet Reges & Principes, Magistratus & subditos imitari, vt hoc pacto suam erga Deum fidem & pietatem declarent.

Secundum, est innocentia vitæ priuatæ, ita vt vnusquisque nostrum, etiam cum solus sit, cogitet se versari in conspectu Dei, & propterea abstinendū esse ab omni ἀσελγεία & iniquitate. hinc est quod Deus Abrahamo dixit, ambula

M 3 coram

coram me. Nam Deus non tantum ea videt, quæ lumini solis sunt exposita, sed etiam internas cordis cogitationes introspicit.

Tertium est iusticia & dilectio promiscue exercenda erga omnes homines, ita ut vnusquisque bona conscientia faciat suæ vocationis officium, inferiores suo magistratui & alijs in eminentia constitutis debitam præstent reuerentiam & *πειταρχίαν*. Superiores vicissim ac potentes, æquales suos consilio & opera iuuet, & subditos suos paterna cura ac disciplina tueantur, ac insuper quantum in ipsis est, afflictos consolentur, atque inopiam pauperum sua ope subleuent, immo vero omnes homines æstimabunt esse secū membra in Domino nostro Iesu Christo. & propterea eo sint erga alios animo, ut quæcunq; velint sibi fieri, eadē faciant illis, & nunquam scientes ac volentes alios vllō modo iniuria ac iniusticia opprimant. Breuiter: ut sic viuas inter homines, quo habeas apud omnes Christianæ fidei & vitæ testimonium honestum.

Quartum est diligentia in vocatione cuiusq;, siue Ecclesiastica siue Oeconomica, siue politica, siue etiam quocunq; offi-

v
officiorum g
& honestate
modo Reipub
Hac in parte
Rom. 12. qua
re in suo ope
Et ne quis le
tionem, confi
mandatum
in ea vocatio
Iohannes cor
in sua vocatio
rent milites F
ab eo, & qua
non iubebat
aut in desertu
cullum comm
tegmentum
Neminem co
faciatis, & co
stris. Vide qu
mines Iohar
Exemplum f
Christiani, i
nec quenqu
magis dente
tionis opera
rum comm
Quinque

officiorum genere, quod cum fidelitate & honestate præstitum, inseruiat commo Reipub. ac communis societatis. Hac in parte sequenda est regula Pauli, Rom. 12. qua iubet vnumquemq; præstare in suo opere fidelitatē & diligentiam. Et ne quis legitimam suam deferat vocationem, consulūt Paulus & Baptista. Pauli mandatum hoc est, Maneat vnusquisq; in ea vocatione, ad quam vocatus est. Iohannes consulit, vt sit quisque iustus in sua vocatione. Cum ad ipsum confluerent milites Romani, vt baptizarentur ab eo, & quærerent quid facturi essent, non iubebat eos deserere militiæ munia, aut in desertum sese subducere, aut cucullum commune desidum nebulonum tegumentum induere, sed respondit illis: Neminem concutiatis atq; calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. Vide quos hic fidei fructus inter homines Iohannes à militibus requirat? Exemplum hoc proponant sibi singuli Christiani, in suo quisque vitæ genere, nec quenquam iniuste opprimant, sed magis dent operam, vt iuste suæ vocationis opera faciant, quod fiat cum aliorum commo & utilitate.

Quinque ergo colligam veluti puncta,

M 4 ad

ad quæ quilibet respicere debet in sua vocatione ne aberret.

Primum, vocatio fundata sit in verbo Dei, iuxta hanc regulam: Omne officium promouens gloriam Dei & faciens ad conseruandos & ornandos status à Deo ordinatos, vt Politicum, Oeconomicum & Ecclesiasticum, primo & quarto præcepto mandatur.

Secundum, fides & charitas sunt regulæ omnium actionum in vocatione.

Tertium, si quid aduersi inciderit, respiciendum est ad verbum Dei, quo nititur vocatio, atque inde petenda est consolatio.

Quartum, vocatio semper ad gloriam Dei & vtilitatem reipub. in qua quis viuit, referatur.

Quintum, assidue inuocandus est Deus, nam siue sublimior, siue vtilior sit vocatio, nihil aut inchoari aut absolui feliciter potest, sine auxilio diuini numinis.

Hæc omnia complectitur Dauid psal: 37. hisce verbis: Spera in Deum & fac bonitatem, & inhabita terram ac victum quære honeste.

Tertium instrumentum seu medium, quo Christus applicat nobis sua beneficia,

Y
cia sunt fac
voluntatis i
tractatione
menti. acced
citu expen
mos Dei in
voluntate.
rit signis &
nomina.
Primum i
Deus ab init
voluntatem l
bus modis,
& signo exte
minum conf
Cum Deu
locasset eum
suam volunt
addidit duple
cet vitæ & ar
ita vt si verb
nesceret, sed
beatus in æ
mandatum I
tito ligno s
retur.
Abrahæ f
sunt, cui ad
externum,

cia sunt sacramenta & signacula gratiæ & voluntatis ipsius. Priusquam autem ad tractationem sacramentorum noui testamenti accedam, duo maximè necessaria scitu expendam. Primum, quis fuerit mos Dei in patefacienda hominibus sua voluntate. Alterum, vnde Deus indiderit signis & sacramentis à se institutis sua nomina.

Primum itaque sciendum est, quod Deus ab initio mundi consueuerit suam voluntatem hominibus patefacere duobus modis, nimirum verbo manifesto, & signo externo, vt hoc modo saluti hominum consuleret.

Cum Deus creasset Adamum, ac collocasset eum in paradiso, patefecit ipsi suam voluntatem expresso verbo, cui addidit duplex signum: arborem videlicet vitæ & arborem scientiæ boni & mali. Ita vt si verbo obtemperaret, non confesceret, sed comederet de ligno vitæ, & beatus in æternum viueret. Sin autem mandatum Dei transgrederetur, & de vitito ligno scientiæ comederet, moreretur.

Abrahæ similiter verbum suum proposuit, cui adiunxit circumcisionis signum externum, quod fœdus suum vocabat.

M 5

Dein-

Deinde Moisi promisit se educturum populum suum ex seruitute Aegyptiaca in terram promissam. Huic suæ promissioni signum addidit, videlicet agnum Paschalem.

Postea promisit Deus se daturum populo suo Canaan possidendam, quamdiu ipsi obœdissent & seruarent testamentum atque pactum ipsius. Huic etiam verbo addidit signum externum, sanguinem vaccæ ruffæ, quo sacerdos populū aspergebat, & alia plura signa, quæ pacti nomine appellabat.

Ad eundem prorsus modum, Christus in nouo testamento promittit credentibus remissionem peccatorum & regenerationem per Spiritum sanctum, & addit signum externum, quod in scriptura vocatur Baptismus pœnitentiæ. Promittit etiam se oblaturum suum corpus in ara crucis, & effusurum se suum sanguinem, in remissionem peccatorum, & adiungit hic quoque signum externū, quod corpus & sanguinem suum, atque nouum testamentum nominat.

Atque ita patet, quem morem Deus seruauerit, in patefacienda sua voluntate hominibus, verbo nimirum & signo, quorum vtrumq; mente, & sensibus percipi-

cipiendum
 nius de vol
 Secundo
 nomina rer
 ta instituta
 diderit. H
 utamur sig
 fidei ad cor
 quib. exterr
 na. Cum Ab
 deret, venit
 fioni a Deo i
 Deus fœdus
 ne ipsius. Et
 ret sanguine
 testamenti a
 signo indide
 smus noster,
 uemus oculo
 aquæ, ad pro
 tentiam age
 cordiã obfig
 ptismus laua
 temus bap
 ri per Spiritu
 dum appella
 vinum, sang
 quod arca
 quem Chri

cipiendum proposuit, vt facilius & plenius de voluntate instrueremur.

Secundo cogitandum est, cur Deus nomina rerum, quarum causa sacramenta instituta sunt, signis sacramentalib. indiderit. Hac nimirum de causa, vt cum vtamur signis externis, leuemus oculos fidei ad contemplationem cœlestium, è quib. externa signa sortita sunt sua nomina. Cum Abraham filium suum circumcideret, venit ei in mentem, nomen circûcisioni à Deo impositû, quo nominabat eã Deus fœdus suû cum Abrahamo & femine ipsius. Et Moses cum populû aspergeret sanguine vaccæ ruffæ, cogitabat de testamenti appellatione, quã Deus huic signo indiderat. Ita etiam dicitur Baptismus noster, baptismus pœnitentiæ, vt eleuemus oculos cordis nostri ab elemento aquæ, ad promissionem, qua Deus pœnitentiam agentibus suam gratiã & misericordiã obsignat. quapropter dicitur Baptismus lauacrû regenerationis, vt cogitemus baptizatos spiritualiter regenerari per Spiritum sanctum. Ad eundem modum appellatur panis, corpus Christi, & vinum, sanguis Christi in cœna dominica, quod arcanum illum cibum denotent, quem Christus sub pane & vino porrigit.

In sum-

In summa Deus ex sua infinita sapientia indidit signis & sacramentis nomina a rebus & donis spiritualibus, quæ per sacramenta denotantur, ne hæreamus in ijs, quæ oculis tantum visuntur, sed in ijs potius, quæ fides videt & intuetur in sacramentis.

Postquam hæc duo de ratione sacramentorum in genere exposuimus, facilius iam deducemur in noticiam sacramentorum noui Testamenti, videlicet baptismi & cœnæ Domini, de quibus nunc ordine dicemus.

D E S A C R A M E N T O B A P T I S M I.

Vt commodius rationem nostri baptismi intelligamus, videbimus initio causas cur Dominus noster Iesus Christus baptizari voluerit.

Cur baptizari voluerit Christus, indicat tum vox patris è cœlo super eum, tum apparitio Spiritus sancti, facta in specie columbæ.

Vox patris super Christum iam recens baptizatum hæc fuit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. De hac voce testatur baptismus. nam is est finis baptis-

baptismi
stimonium
erga bapt
qui indui
gratos eff
Christum
phes. 1. cu
in dilecto.
mihi comp
Baptiza
hoc extern
iuxta vocer
& corpori
mur, sciat
tium & pla
que omnis
det à Chri
Apparit
lumbæ, det
illum, quo
zat, cum
baptismu
peragit. H
Ego baptiz
stat, qui b
autem in s
tus sanctus
conciliati
ptizatum

baptismi primus & principalis, vt sit testimonium seu signaculum gratiæ Dei erga baptizatum. Notandum igitur nos qui induimur Christo per baptismum, gratos esse atque acceptos Deo propter Christum, quo etiam respexit Paulus Ephes. 1. cum inquit: Nos sumus dilecti in dilecto. Immo ipse Deus ait, in hoc mihi complacui.

Baptizari itaque voluit Christus atque hoc externo signaculo gratiæ Dei vti, vt iuxta vocem patris, nos qui baptizamur & corpori ipsius per baptismum inserimur, sciamus nos habere Deum propitium & placatum propter Christum. Itaque omnis nostri baptismi efficacia pendet à Christo.

Apparitio Spiritus sancti in specie columbæ, denotat baptismum spiritualem illum, quo nos Christus interne baptizat, cum minister Dei aquæ externum baptismum, iuxta Christi mandatum peragit. Hoc est, quod Baptista inquit: Ego baptizo aqua, sed in medio vestrum stat, qui baptizat Spiritu sancto. Quod autem in specie columbæ apparet Spiritus sanctus, indicium hoc est pacis & reconciliationis, factæ inter Deum & baptizatum, vt simul admoneamur quid deno-

denotet arca Noë, à qua emissa columba reuertitur referens rami oleæ. Hinc itaque cōficimus definitionem baptismi in hunc modum.

Baptismus est signum externum, denotans internum baptismum, quem Christus peragit per Spiritum suum sanctum, ad obfignandum in nobis misericordiã & gratiam Dei.

Porro vt maiori cum fruge versemur in meditatione huius nostri baptismi, obseruanda est triplex huius significatio.

Prima, quod baptismus sit testimonium gratiæ.

Secunda, quod sit symbolum rerum arcanarum & spiritualium.

Tertia, quod sit tessera professionis externæ, seu Christianismi.

De hac triplici significatione baptismi ordine dicam.

Primum, quod baptismus sit testimonium gratiæ, prius probauimus. Est enim signaculum gratiæ Dei externum, quod restatur baptizatum sanctificari & quasi victimam Deo consecrari, qui nos purgatos ac separatos à diabolo eiusq; societate, regenerat. vt fiamus noui homines, immo filij ipsius DEI, quos adoptat
in

in dilecto
Christo.

Secundo
rum, quod
one nos d
sacrament
sacrament
rent, sacra
baptismus
qua & rur
significatio
pellatur sy

Est autem
rum imprim
Christi, &

De actio
docet, nimirum
quid faciat b
facturus sit.

Quomodo
mus quid f
historiæ tri
in qua Chri
quo Christu
chatos, in
surrexit a
stus suam
ctiorem b
bedæi lac

in dilecto suo filio, Domino nostro Iesu Christo.

Secundo, baptismus est symbolum rerum, quod sua analogia seu comparatione nos docet. Vnde Augustinus: Si sacramenta earum rerum, quarum sunt sacramenta, comparationem non haberent, sacramenta non essent. Ita noster baptismus in quo homo mergitur sub aqua & rursus extrahitur, habet suam significationem spiritualem, ob quam appellatur symbolum rerum.

Est autem baptismus symbolum duarum imprimis rerum, videlicet actionum Christi, & officij nostri.

De actionibus Christi, quatuor nos docet, nimirum quid fecerit, cur fecerit, quid faciat baptisatis, & quid porro ipsis facturus sit.

Quomodo igitur docet nos baptismus quid fecerit Christus? admonet nos historiae trium dierum, nempe parasceues, in qua Christus passus est, & sabbathi, in quo Christus quieuit in sepulchro, & paschatos, in quo Christus deiecit a mortuis. propterea vocat Christus suam mortem, sepulturam & resurrectionem baptismum Marc. 10. Vbi filij Zebedaei Iacobus & Iohannes petebant, vt
vnus

vnus ad dextram, alter ad sinistram Christi sederent in gloria ipsius. Quibus respondit Christus: Nunquid potestis bibere calicem, quem ego bibo, aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? quasi diceret Dominus, omnes quidem ad gloriam & læticiam aspiratis, sed pati aliquid necesse est, antequam frui liceat hac gloria & læticia. Ingruit mors amarissima, de qua triumphare oportet, priusquam in gloriã hanc perueniamus. Itaque in baptismo aspergi aqua, denotat mortem Christi. Morari sub aqua, ipsius sepulturam adumbrat. Extrahi autẽ ex aqua, Christi gloriosam resurrectionem repræsented. Quotiescunque igitur recordamur nostri baptismi, aut aliorum baptismo intersumus, meminerimus historiæ trium dierum, mortis, sepulturæ & resurrectionis Christi. Quod si autem quæras cur fecerit, respondet Paulus, & duobus verbis rem totam cõficit. Rom. 4. Christus mortuus est propter peccata nostra, & excitatus est propter iustificationem nostri. Quemadmodum enim Christus merito suæ mortis delet iniquitates nostras, & suo sanguine mundat conscientiam nostram ab omni peccato mortali: Ita etiam gloriosa sua resurrectione

resurrectione
& omnibus
iuxta legem.
David: Nõ
in inferno,
corruptione
cum inquit
guet mundu
patrem: Ho
latus & Iudæ
absque omni
me non super
rectio mea à
iusticiæ corar
excitatus est
hoc est, vt su
suam iusticiam
omnibus cred
Porro quid
stus, ostendit
zat Spiritu sa
ait: Purgat
bum. Quoc
stum baptizat
dicat Christu
tum sanctum
& baptismo
ciat Spiritus
Christi man

surrectione à mortuis, declarat se iustum & omnibus modis perfecte mundum, iuxta legem Dei. Ideo Psalmo 16. inquit Dauid : Nō derelinques animam meam in inferno , nec dabis sancto tuo videre corruptionem. Hoc etiam vult Christus, cum inquit Iohan. 16. Spiritus sanctus arguet mundum de iusticia , quia vado ad patrem : Hoc est , Mundus, Herodes, Pilatus & Iudæi negant me iustum esse & absque omni peccato, sed cum videbunt me non superatum iri à morte, erit resurrectio mea à mortuis testimonium meæ iusticiæ coram ipsis . Ideo inquit Paulus, excitatus est in iustificationem nostri, hoc est, vt sua resurrectione declararet suam iusticiam , quam donat & imputat omnibus credentibus in ipsum.

Porro quid faciat in baptismo Christus, ostendit Iohannes inquiring : Baptizat Spiritu sancto & igne : & Paulus cum ait : Purgat nos lauacro aquæ per verbum. Quod enim Iohannes dicit Christum baptizare Spiritu sancto & igne, indicat Christum in baptismo dare Spiritum sanctum , qui sua præsentia in verbo & baptismo est efficax. Quid autem efficiat Spiritus sanctus in baptizato iuxta Christi mandatum , voce ignis indicatur.

N Quem-

Quemadmodum enim ignis res immutat, alias exurendo, alias inflammando: Ita Spiritus sanctus immutat regenerando, exurit veterem hominem mortificando, inflammat viuificando & nouum hominem excitando. Atque hinc est quod Paulus inquit: Christus mundat nos lauacro aquæ in verbo vitæ. quibus verbis tria coniungit, videlicet externum baptismum, quem lauacrum vocat. Deinde Christum, qui nos interne mundat suo sanguine & Spiritu sancto. Postremo verbum, hoc est, Christi promissionem, unde pendet tota efficacia baptismi. Non enim efficax est baptismus, propter aquam, quam minister Dei aspergit: neque propter verba, quæ ab eodem recitantur: sed omnis vis baptismi fluit ex amplissima promissione Christi, qui Spiritu suo sancto & igni baptizat eum, qui externo elemento aquæ aspergitur.

Quamuis autem hæc sit institutio & ordinatio Christi, tamen non existimemus abbreviatam esse ipsius manum ad baptizandum spiritualiter absque aqua, eos qui sunt participes promissionis, hoc est, omnes Christianorum infantes, & eos imprimis qui in utero materno discedentes, externum baptismum non attingunt.

Itaque

V I
Itaque pij patrum salute
cum dedecore consecrata,
pelliant, sed esse in eodem
quemadmodum Gal. 3. Itaque
qui ante ostendebant,
virtute promissum saluabantur,
dom filij Abrahamum Christiani
nantur, si discipulantur effici
& inuisibili baptis
qui sua morte redemit, baptis
Hac consolatio
parentes, quod
terno, aut scilicet
antequam baptismum
lim tamen quod
onem protrahit
immo potius
mum recens natalis
luti symboli
piorum, qui b

Itaq̃ pij parentes de huiusmodi infantum salute non desperent , neque eos cum dedecore & ignominia in terra non consecrata , quam vulgus appellat , sepeliant , sed certo persuadeant sibi , hos esse in eodem fœdere cum filijs Abrahæ , quemadmodum manifeste docet Paulus Gal . 3. Itaq̃ veluti Abrahæ filij carnales , qui ante octauum diem circumcisionis discedebant , non condemnabantur , sed virtute promissionis & fœderis diuini saluabantur , ad eundem quoque modum filij Abrahæ spirituales , hoc est omnium Christianorum infantes non condēnantur , si discedant ante baptismum , sed saluantur efficacia promissionis DE I , & inuisibili baptismo , quo hos Christus qui sua morte & precioso sanguine eos redemit , baptizat .

Hac consolatione erigant se Christiani parentes , quorum liberi , aut in vtero materno , aut statim a natiuitate discedunt antequã baptismatis participes fiant . Nolim tamen quemquã hinc sumere occasionem protrahendi baptismum infantũ , immo potius hortator sum , vt quam primũ recens natos curent externo hoc salutis symbolo obsignari , & simul precib. piorũ , qui baptismo intererint adiuuari .

N 2 Restat

Restat vt explicetur, quid facturus sit Christus iam baptizatis. Hoc ille ipse indicat, in postremo suo mandato, quod ascendens ad cœlos, dedit suis Apostolis, his verbis: Ite, baptizate omnes gentes, quicumque crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Quemadmodum enim qui in arca Nohe erant, conseruabantur in diluuiio: ita quicumque mordicus adhærent pacto huius externi baptismi, liberantur ab æterno diluuiio, hoc est, à pœnis & cruciatibus inferni, per IESVM CHRISTVM. Breuiter, sicuti baptizatus extrahitur ab aquis, ita nos Christus eximet ab omnibus calamitatibus & introducet in suum regnum, vbi cum illo regnabimus in omnem æternitatem.

Postquam diximus, quomodo Baptismus noster sit symbolum actionū Christi, videbimus nunc quomodo nos nostri quoque admoneat officij. Videlicet quid Deo præstemus, quid nobis ipsis debeamus, quid patiendum, quid expectandum, Quomodo transeundum à miserijs ad salutem. De hisce enim singulis officij nostri partibus admonet nos Baptismus noster.

Sed

v
Sed quid
hoc docet n
tizate eos in
ritus sancti.
principalem
semper & al
enim est hor
sententia.
flij & Spirit
in hunc fit
confitearis,
hunc solum
patrem, filiu
trem, qui ita
genitum pro
um, qui pro
omni peccat
fuso in ara c
peccatorum
sticia, immo
brum facit, i
ris filius Dei
qui te in vita
stificat, vt
ipso salute in
est simplicis
tismi, quar
comprehe
zo te in no

Sed quid igitur Deo præstabimus? hoc docet nos Christus cum inquit, baptizate eos in nomine, patris & filij & Spiritus sancti. quibus verbis complectitur principalem baptismi finem, cuius nos semper & assidue meminisse par est. hæc enim est horum verborum simplicissima sententia. Baptizo te in nomine patris, filij & Spiritus sancti, hoc est baptizo te in hunc finem præcipue, vt agnoscas confitearis, inuoces, colas & celebres hunc solum verum D E V M, videlicet patrem, filium & Spiritum sanctum: patrem, qui ita te dilexit vt filium suum vni genitum pro te morti tradiderit. Filium, qui pro te mortuus emundat te ab omni peccato, suo precioso sanguine effuso in ara crucis, tibi in remissionem peccatorum, & insuper induit te sua iusticia, immo te sui ipsius corporis membrum facit, ita vt propter ipsum appelleris filius Dei. Spiritum sanctum autem, qui te in vitam æternam regenerat & sanctificat, vt Deo associatus, fruaris cum ipso salute in omnem æternitatem. Hæc est simplicissima sententia verborum baptismi, quam ex sacris literis collectam, comprehendo hac vnica formula, baptizo te in nomine. Nominis enim appella

tione continetur & confessio Dei, & quidquid præterea hæc ipsa confessio ab homine requirit.

Ex his facile patet, quale sit baptismus pactum inter Deum & hominem. Deus homini promittit remissionem peccatorum, iusticiam & vitam æternam, & hanc suam promissionem baptismo obsignat: Baptizatus autem vicissim Deo se fide obligat. & recipit se velle abnegare diabolum, cum omnibus suis operibus, & Deo adhærere, firma fide, inuocatione, cultu, timore & debita per omnia obœdientia. Hac de causa vocat Petrus, 1. Pet. 3. Baptismũ fœdus, in quo fit mutua stipulatio Dei interrogantis & promittentis baptizato gratiam, & baptizati respondentis atque affirmantis se constanter permãsurum in mutuo pacto & fœdere.

Secundo loco monet baptismus quid nos nobis ipsis faciamus. quemadmodũ immergimur baptismo aquæ, & moramur sub aquis, & rursus ex his extrahimur: ita in nobis mortificare debemus peccata & suffocare viciosos affectus, peccati desideria & prauas concupiscentias, & resurgere in nouitate vitæ. Huius etiam admonet nos Paulus Rom. 6. vbi agit cõtra eos, qui licentiã peccandi cõcessam arbitra-

v
bitrabantur
abundante p
tiam: quos
igitur dicem
vt gratia ab
mus peccato
tum est) q
eis? An ign
zati sumus in
ipius baptiz
baptizati sun
Christum, cui
perimit atq
minetur in n
na cum ipso
est vt mortui
quemadmod
mortuis, per
nouitate vitæ
facti sumus
tis eius, cert
Hoc sciente
(id est, vicio
xus est, vt ab
est prauis aff
seruiamus p
Atq; ita e
ratione ba
care pecca

bitrabantur , eo quod dixerat Paulus, abundante peccato superabundare gratiam : quos his verbis confutat : Quid igitur dicemus , manebimus in peccato, vt gratia abundet ? absit. Qui mortui sumus peccato (id est quorū peccatū mortuum est) quomodo adhuc viuemus in eis ? An ignoratis quod quicumq; baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem ipsius baptizati sumus ? (hoc est, nos qui baptizati sumus , In baptismo induimus Christum, cuius mors efficaciter in nobis perimit atq; opprimit peccatum, ne dominetur in nobis) Sepulti sumus igitur vna cum ipso per baptisma in mortem (id est vt mortuum sit in nobis peccatum) vt quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis, per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Nam si insititij facti sumus illi per similitudinem mortis eius, certe etiam resurrectionis eius, Hoc scientes quod vetus noster homo (id est, vitiosa natura) cum eo crucifixus est, vt aboleatur corpus peccati (hoc est prauus affectus) vt non amplius nos seruiamus peccato.

Atq; ita apparet, quomodo Paulus ex ratione baptismi nos doceat mortificare peccatum, pessundare malas concu-

N 4 piscen-

piscentias & ambulare in nouitate vitæ. Quo etiam dirigit totius disputationis scopum, quem his verbis proponit, sic & vos reputate vos ipsos tum mortuos esse peccato, tum vero viuere Deo in Christo Iesu Domino nostro, & ne regnet peccatû in mortali vestro corpore, vt obœdiatis illi, in huius cupiditatibus. Quotiescunque igitur naturæ nostræ viciositas instigauerit nos ad peccandum, meminerimus baptismi nostri, qui admonet nos innocentiae morum & nouitatis vitæ, in gloriam Dei per Iesum Christum.

Tertio loco docet nos baptismus, quid pati nos oporteat. Quemadmodû enim Christus, quem in baptismo induimus, cruce baptizatus est, ita etiam nos quam diu versamur in hoc mundo, præparemus nos cruci & aduersitatibus. Immo Deus vult hoc pacto adoptiuos suos filios conformes fieri vnigenito suo filio. vt conregnent ipsi in sua gloria. Hoc est quod Paulus inquit. Rom. 8. Si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes vero Christi, si modo simul cum eo patimur, etiã cû eo glorificabimur. Et addit Paulus ibidem cõsolationem hanc, quod crux cooperetur diligentibus **DEVM** in bonum

bonum. I
etiam in Ep
cunq; pie v
stro Iesu C
tientur.

Historia
su Christi
genera, ad
mnum cal
in hac vita
Prima cru
ter duas cor
Secunda
tram. Terti
sinistram.

Christus
personam at
vterq; horun
ob sua delict
ram pende
ce, & con
tionem & f
vero ad fini
tia, & mor
demnatus e

Ad eunc
tur. Maxim
persecutio
am, q; acc

bonum. De hac cruce piorum loquitur etiam in Epistola ad Timotheum. Quicumque pie volunt viuere in Domino nostro Iesu Christo, persecutionem patientur.

Historia passionis Domini nostri Iesu Christi proponit nobis tria crucis genera, ad quæ referri possunt diuersæ omnium calamitatum formæ quæ homini in hac vita accidere possunt.

Prima crux est Christi, quæ media inter duas conspicitur.

Secunda est latronis pendentis ad dextram. Tertia vero latronis pendentis ad sinistram.

Christus quantum ad propriam ipsius personam attinet, innocens patiebatur, uterque horum latronum iuste patiebatur ob sua delicta. Is autem qui ad dextram pendeat, egit pœnitentiam sub cruce, & conuersus ad Christum, consolationem & salutem consecutus est. Alter vero ad sinistram persistebat in sua malitia, & mortuus absque pœnitentia, condemnatus est.

Ad eundem modum hodie quoque agitur. Maxima pars piorum Christianorum persecutionem patiuntur propter iusticiam, quæ accidit plurimis sanctis martyribus,

N 5 bus,

bus, quos Christus beatos pronunciat Matth. 5. Beati, inquit, sunt, qui persecutionem patiuntur iusticiæ causa, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis, quum conuicti fuerint vobis, & persecuti fuerint, & dixerint quiduis mali aduersus vos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis: Ita enim persecuti fuerunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

Multi etiam patiuntur, veluti latro pendens ad dextram, Hi sunt qui propter certa delicta puniuntur à Deo videlicet priuatione bonorum, liberorum, facultatum, sanitatis, corporis, aut etiam incidunt in manus Magistratus, & ad supplicia trahuntur, quemadmodum & huic latroni accidit.

Hi pressi calamitatibus & pœnis, fentur iuste se puniri ob sua peccata, & confugientes ad Christum, petunt firma fide remissionem peccatorum. Atque hoc modo veniam consequuntur à Deo, qui eorum crucem seu victimam sibi placentē per Iesum Christū acceptat. Est enim huius latronis exemplum, singulari Dei sapientia propositum omnib. miseris peccatoribus, latronibus, homicidis & alijs

V
lijs quibus
supplicio a
testimoniur
nes quantu
nere afficia
ipfi firma fi
stum.

Vt autem
affiendi o
ne gratiam
quosdam ar
ones suas di

Primum c
plicio afficie
tia, hypoco
peccatum,
cum peccati
potius exam
tatis gravita
bus ponder
quē offendit
quem nihil
se æstimet,
normitatem
appellatione
tationes pa
sui ipsius &
ritudinis, n
Secundo

lijs quibuscunque qui ob malefacta sua supplicio afficiuntur, vt sit hoc euidens testimonium gratiæ Dei, qua recipit omnes quantumuis infami suppliciorum genere afficiantur coram mundo, modo ipsi firma fide confugiant ad Iesum Christum.

Vt autem miseri peccatores, supplicio affiendi ob sua delicta, sciant qua ratione gratiam Dei consequantur, certos quosdam articulos, iuxta quos cogitationes suas dirigant, subiiciam.

Primum omnium miser peccator supplicio affiendus ob manifesta sua flagitia, hypocritice non extenuabit suum peccatum, nec collatione peccati sui cum peccatis aliorum, se faller. Sed potius examinabit seipsum & suæ iniquitatis grauitatem lancibus non fallacibus ponderabit. Cogitabit quis sitis, quæ offendit, nempe Deus iustus iudex, quem nihil latere potest, itaq; dignum se æstimet, qui merito ob peccati sui enormitatem & turpitudinem, indignus sit appellatione hominis. Huiusmodi cogitationes pariunt in homine cognitionem sui ipsius & excitant sensum ac gustum amaritudinis, mortis & inferni.

Secundo. Ne autem sentiens dolorem infer-

infernī, ob peccati magnitudinem desperet de gratia Dei, quemadmodum Cain, Iudas, Saul, & alij multi fecerunt, cogitanda sunt hæc quinque. Primum, promissio & bona voluntas Dei, dicentis: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Deinde mandatum Dei serio præcipientis conuersionem sub rigore obædientiæ, quam omnes creatura tenentur ipsi præstare. Vos filij hominū, inquit, conuertimini ad me. Item, conuertatur vnusquisq; à vijs suis malis. Et Christus, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos. Tertio, proponat sibi mortē & passionē Iesu Christi, qui hoc sufficienti λύτρωσιν satisfecit pro peccatis omnium hominum. Augustinus ait: Maior est misericordia Dei, quam omnium peccatorum miseria. Quarto, ponat sibi ante oculos exempla eorū qui conuersi recepti sunt in gratiā, ut Adam, Dauid, Manassēs, Latro & quotquot vnquam veniam petiuerūt, adeo ut nunquam quenquam serio agentē pœnitentiam reiecerit Deus. Quinto, considerabit testimonium gratiæ, baptismum nimirū, quo Deus testatur se velle remittere peccata omnibus fide conuertentibus se ad illum. Scriptum est enim Mar. i.

Iohan-

Iohannes
tentiæ in
est, docui
& signacu
omni per
cata omni
ad Iesum

Tertio,
exercitatu
concedat
operante
corde hum

Quarto
remissio pe
sanguinem
fudit pro p
precatione
mul experit
sum Spiritu
tius statuat
cata.

Quinto,
ti venia, su
meritæ, &
nem animi
pœnā iuste
Immo eti
nas in ho
traxit, vt

Iohannem prædicasse baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, hoc est, docuisse, baptismum esse testimoniũ & signaculum, quo Deus testetur se absq; omni personarũ respectu remittere peccata omnib. conuertentibus se per fidem ad Iesum Christum.

Tertio, hisce quinque cogitationibus exercitatus miser peccator, iam locum concedat verbo D E I, cuius efficacia operante Spiritu sancto concipitur in corde humano igniculus fidei.

Quarto, concepta fide, petenda est remissio peccatorũ, propter preciosum sanguinem Christi, quem in ara crucis effudit pro peccatis totius mundi. In hac precatione paulatim crescit fides, & simul experitur homo in corde suo respõsum Spiritus sancti, qui facit vt certo certius statuatur sibi remissa omnia sua peccata.

Quinto, impetrata coram Deo peccati venia, subijciat se æquo animo pœnæ meritæ, & simul petat à Deo fortitudinem animi, quo patienter sufferre possit pœnã iuste pro malefactis sibi irrogatam. Immo etiam gratias agat Deo, qui ad pœnas in hoc mundo temporales eum pertraxit, vt effugeret æternam cõdemnationem,

nem, & corpore hic plecteretur, vt cū latrone animā Deo commendare posset.

Tertium genus crucis, cuius meminit historia passionis Christi, est crux latronis pendentis ad sinistram. Hoc modo patiuntur, quicumque non agunt poenitentiam, nec inuocant Deum, sed spreta gratia & victima Christi, in desperatione moriuntur, & in æternum cōdemnantur. Qui ita patiuntur ob malefacta sua & firma fide ad Deum non confugiunt, illis existit temporanea hæc crux, quasi prænuntia æternarum pœnarum, quibus afficientur absque omni mitigatione ac consolatione in inferno cum diabolis & omni condemnatorum turba.

Hactenus de triplici crucis genere, cuius meminit historia passionis Christi egimus. Nunc porro generalem subijciamus admonitionem, profuturam pijs omnibus quocumque tandem modo affligentur in hoc mundo.

Quicumque cruce premitur, ad hæc quatuor ordine respiciet.

In Diabolo, mendacium & homicidium perpendet.

In seipso, peccatum & miseriam ponderabit.

In Deo, iudicium & misericordiam venerabitur.

In

In Euan
quæret.

PRIMV

tyrannidem

nostros par

nunc omni

rannide inf

Nam vt Pe

ens, quæret

dem omnes

quos menda

petuo enim

tus, alios on

re. Mentem

na inficit, co

tibus commi

tilitatis fasci

nis vitam flag

hominem tar

fociū æternæ

cogitatio st

hostis Dei &

cati excitabi

tudinis eius.

SECVND

seriam æquis

tabitq; mise

cati comme

magnitudi

In Euangelio, consilium & auxilium
quæret.

PRIMUM in diabolo mendacium & tyrannidem perpendet, qui vt primos nostros parentes mendacio occidit, ita nunc omni momento, mendacio & tyrannide insidiatur toti humano generi. Nam vt Petrus ait: Circuit vt leo rugiens, quærens quem deuoret. Quærit quidem omnes sed eos tantum deuorat, quos mendacij laqueis inuoluerit. Perpetuo enim conatur impurus iste Spiritus, alios omnes impuros secum reddere. Mentem mendacio & erronea doctrina inficit, cor prauis affectuum tempestatibus commouet, voluntatem spectro utilitatis fascinat. Denique totam hominis vitam flagitijs conspurcare nititur, vt hominem tandem spiritualiter occisum, sociũ æternæ damnationis habeat. Hæc cogitatio studij maligni istius spiritus, hostis Dei & humani generis, odium peccati excitabit & abominationem turpitudinis eius, in animis hominum pariet.

SECUNDO in se ipso peccatum & miseriam æquis lancibus ponderabit, cogitabitq; miseriam, quam patitur, esse peccati commeritam pœnam. Et ex miseriam magnitudine æstimabit peccati enormitatem

tatem, turpitudinem & multitudinem. Cogitabit se suo peccato offendisse summum & infinitum bonum. Vnde concludat calamitatem præsentem esse viam ad sempiternam miseriam, nisi aliunde succurratur. In hac cogitatione totus homo contremiscit, cuius rei imagines multos videre licet, in multis Psalmis, præcipue in ijs quos pœnitentiales vocant, in quibus Dauid graphice exprimit summos dolores & cruciatus, quibus ceu tempestatibus ob sua peccata obruitur.

TERTIO, in Deo iudicium & misericordiam venerabitur. Iudicij quidem Dei iustissimi est punire peccata in omnibus hominibus. Misericordiæ vero punire, non vt perdat, sed vt saluet, modo medicinam non contemserimus. Vnde Esaias: Vexatio dat intellectum. Item, angustia in qua clamant, disciplina est eis. Breuiter, Deus punit iudicio, vt misericordia saluet, quemadmodum videre est Psal. 51.

In verbo Euangelij quærat consilium & remedia. Ablegat Euangelium omnes afflictos peccatores ad hunc solum medicum Iesum Christum, qui ad se vocat & saluat omnes peccatores. Hoc consilium

lium optim
neque in te
neribus pec
quam hic vi

Porro ho
filium nobi
confert, & t
vt iuuemur
mus in eum,
remus dicen
sanabor. H
sunt in mente
iam proxime

Causæ aut
am Ecclesiar
se, multæ su
puz.

Prima vt di
hoc mundo t
suis promist,
tria, ad qua
huius vitæ ad
tatione futur
nim omnia e
hoc mundo,
bonorum pe
forum.

Secunda,
erceatur ho

lium optimum est, quia neque in cœlo
neque in terris inuenitur vllus, qui vul-
neribus peccati mederi potest, præter-
quam hic vnicus Iesus Christus.

Porro hoc ipsum verbum, quod con-
siliium nobis impertit, auxilium etiam
confert, & sanat vulnera peccatorum, ita
vt iuuemur per Christum, modo creda-
mus in eum, & firma fide cum Dauide o-
remus dicentes: Sana me D O M I N E &
sanabor. Hoc loco rursus reuocandi
sunt in mentem quinque articuli, quorum
iam proxime facta est mentio.

Causæ autem finales, quare Deus su-
am Ecclesiam velit cruci subiectam es-
se, multæ sunt, quarum hæ sunt præci-
pua.

Prima vt discamus non expectanda in
hoc mundo bona illa, quæ Deus filijs
suis promisit, sed cogitemus de vera pa-
tria, ad quam vocamur, ita vt omnes
huius vitæ aduersitates leniamus, medi-
tatione futuri gaudij, vitæ æternæ. Si e-
nim omnia ex voto succederent pijs in
hoc mundo, non afficerentur desiderio
bonorum per C H R I S T V M promif-
sorum.

Secunda, vt cruce tanquam freno co-
ërceatur homo, qui prauitate naturæ

O pro-

pronus alioquin est ad peccandum. Hinc Psalmista, in chamo & freno maxillas illorum constringe, qui non appropinquant ad te.

Tertia, ut sit crux sensibilis prædicatio pœnitentiæ. Quemadmodum enim legi arguenti peccata assentitur conscientia, ita etiam cruce admonemur ut agamus pœnitentiam & saluemur.

Quarta, ut crux euertat omnem humanam præsumtionem & fiduciam carnis, & doceat nos firma fide soli Deo adhærere & hunc inuocare, iuxta mandatû ipsius. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & glorificabis me. Hæc dicta sint de cruce cuius nos admonet baptismus noster.

Quarto loco docet nos baptismus, quid expectemus. Quemadmodum enim baptizatus aspersus aqua, extrahitur ab aquis, & quemadmodum ipse Christus post suam passionem & mortem introiuit in gloriam suam. Ita nos etiam ex hac mundi peregrinatione proficiscimur in salutem & vitam æternam, cuius rei euidentissimum testimonium dedit Christus baptismum omnib. credentib.

Quinto loco docet nos baptismus vitam nostrâ in his terris, nihil aliud esse quam

quam pere
timur, sepel
mæ tubæ sc
surgite vos

Tertia b
pra memin
litaris, qua
qui ipsi sua
mentum p
pugnatoros
ipsum, videl

Discernu
notis milite
duce diabol

Prima a
Dei, est inu
fides, cum fi
bus in corde

Secunda e
sio coram te

Tertia cõ
tevitæ, cum
ut sit ea mar
tis fidei in c

Quarta t
videlicet, q
Christi. E
cœnæ dor
ciemus.

quam peregrinationē trium dierum, patimur, sepelimur & resurgemus ad extremæ tubæ sonitum, cum dicet Christus, surgite vos mortui.

Tertia baptismi significatio cuius supra meminimus, est, quod sit tessara militaris, qua dignoscuntur milites Christi, qui ipsi sua nomina dederunt, & sacramentum præstitere se sub illius vexillo pugnatueros contra diabolum & regnum ipsius, videlicet peccatum.

Discernuntur autē quatuor præcipue notis milites Christiani ab his, qui sub duce diabolo stipendia merentur.

Prima ac certissima nota filiorum Dei, est inuisibilis & soli Deo cognita fides, cum suis occultis & internis fructibus in corde hominis.

Secunda est in ore aperta fidei professio coram toto mundo.

Tertia cōspicitur in pietate & honesta tevitæ, cum ita vitam instituit Christianus ut sit ea manifestum testimonium latitantis fidei in corde humano.

Quarta nota est corporis, baptismus videlicet, quo profiteremur nos esse seruos Christi. Huc etiam facit sacramentum cœnæ dominicæ, de quo nunc verba faciemus.

DE COENA DOMINI.

DIXI supra, Sacramenta noui testamenti, tertium locum occupare in accommodatione seu applicatione beneficiorum Christi. Quoniam autem de baptismo haecenus diximus, restat ut agamus nunc de altero sacramento videlicet de Cœna Domini. Faxit Deus ut cedat in nominis ipsius gloriam & piorum omnium salutarem institutionem & profectum. Remouebo autem omnes inutiles quæstiones & opinionum diuersitates, quæ plus obsunt quam profunt, & solummodo ea proponam de sacrosancta cœna Domini, quæ didici ac hausi ex fontibus sacrae scripturae, & ut fiat hoc maiori cum fruge ac utilitate Christiani lectoris, comprehendam hanc totam doctrinam paucis ac certis quibusdam articulis ac punctis.

PRIMUM atque præcipuum quod scire oportet de cœna Domini ab ipso Christo sub visibilibus panis & vini symbolis instituta, est, quod Christus in ea nocte qua traditus est, instituerit hoc sacramentum, ut esset apud suos omnes æternum monumentum ipsius passionis, qua corpus suum tradidit in mortem, & sanguis

sanguinem
multis, i
quemadmo
meum quo
guis meus
remissione
cite in mei

SECVN
recte vrent
Christo, id
ba: Calix
mus, non
fi est? pa
communio
quicunq; m
bit sanguin
non defuer
tus in eo.

Tertio,
alem educ
quæ fit dur
modu enir
& per Spiri
baptismo,
tualiter pa
ficio corpe
vrentes ce
tionem.

Quarte

anguinem suum effudit in ara crucis pro multis, in remissionem peccatorum, quemadmodum inquit: Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Item, Hoc facite in mei commemorationem.

SECUNDO, testatur cœna Domini, recte vtentes vniri ac veluti incorporari Christo, idq; spiritualiter, iuxta Pauli verba: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communio sanguinis Christi est? panis quem frangimus nonne communio corporis Christi est? Hoc est quicumq; manducat corpus Christi, & bibit sanguinem ipsius, is, modo viua fides non defuerit, manet in Christo, & Christus in eo.

Tertio, docet cœna Domini spirituales educationem in corpore Christi, quæ fit dum cœna ipsius vtimur. quemadmodum enim sanguine Christi mundamur & per Spiritum sanctum regeneramur in baptismo, ita purgati atq; renati, spiritualiter pascimur & sustentamur beneficio corporis & sanguinis Christi, recte vtentes cœna Domini iuxta ipsius institutionem.

Quarto, cœna Domini est testimo-

O 3

nium

nium noui testamenti, hoc est, noui pacti, inter Deum & hominē de remissione peccatorum, quo testatur Deus se recipere in gratiam, & remittere peccata, propter meritum mortis & passionis Christi, omnibus credentibus in eum. Propterea ipse inquit: Hic calix est nouum testamentum, in meo sanguine, id est, hic calix est firmum & immotum signaculum amplissimæ promissionis Dei de remissione peccatorum. Quicumque igitur vera & viua fide utitur hoc sacramento, hic accipit ipsius Dei testimonium, quo testatur se tradidisse filium suum, effundentem sanguinem suum in ara crucis, in remissionem peccatorum, ut per eum salutem consequantur quotquot credunt in eum.

Quinto, admonet nos cœna Domini arcana & spiritualis communionis, qua in vnum quasi corpus vnimur, qui vna hoc sacramentum participamus. Vnde Paulus ait. Quoniam vnus panis, vnū corpus multi sumus. Nam omnes vnus panis participes sumus. Hæc vnio Christianorum in vnum corpus inde pendet, quod nos omnes quemadmodū dictum est corpori Christi vniamur participatione corporis & sanguinis ipsius.

Sexto

Sexto, r
inter com
eiusdem co
diximus, co
mutua præ
stianorum
reliqua me
non tollit
potius diu
clesia confi
est scopus,

Quicumque
niculum no
proposito
hoc est, pro
dit, præsta
abstinere.

captum nō
sua inter se
ita ut manu
scindat? ut
stiani anim
am, quam
tuis odijs &
in vicem si

Septime
significati
æternæ &
surgentis

Sexto, requirit cœna Domini mutuam inter communicantes dilectionem, qua eiusdem corporis mystica membra, ut diximus, corde, ore & opere sibi inuicem mutua præstent officia. Hæc dilectio Christianorum, quæ à capite Christo fluit in reliqua membra, hoc est, ciues Ecclesiæ, non tollit discrimen personarum, verum potius diuersitatem vocationum in Ecclesia confirmat, quarum omnium vnus est scopus, gloria Dei & utilitas proximi.

Quicumq; huius mutux dilectionis igniculum non sentit in corde suo, & sine proposito benefaciendi suo membro, hoc est, proximo, cœnam Domini accedit, præstaret hunc prorsus sacramento abstinere. Quis enim insanum ac mente captum nõ dicat hominem, qui membra sua inter se inuicem pugnx committat, ita ut manus oculos eruat, aut pedes abscindat? utinam ad eundem modum Christiani animaduertere possent suam insaniam, quam manifeste produnt, dum mutuis odijs & animorum contentionibus, inuicem sibi ipsis aduersantur.

Septimo. cœna Domini est pignus ac significatio nostræ resurrectionis, vitæ æternæ & salutis, idq; virtute Christi resurgentis à mortuis. Quæcunque enim

O 4 hæste-

hactenus dicta sunt de cœna Domini, ea omnia ad hunc finem principalem referenda sunt, vt sint nobis pignoris atque obfignationis loco, de vita æterna per Christum, cuius membra facti sumus. Atque ita adimpletur quod inquit Christus, qui edit carnem meam & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego excitabo eum in die nouissimo.

Ex hisce articulis, quos è sacra scriptura in medium attulimus ad declarandum doctrinam hanc de cœna Domini, quiuis facile intelligit, quam necessarium sit cū summa animi pietate & reuerentia hanc cœnam accedere, & probare seipsum, priusquam edat de pane hoc, aut bibat de poculo Domini. Nam, vt Paulus inquit, qui edit & bibit indigne, iudicium sibi ipsi edit & bibit non discernens corpus Domini. Hoc ipsum affirmat Christus de Euangelio, Qui non credit condemnabitur. Et Augustinus de baptismo inquit. Quemadmodum qui indigne edit corpus Domini & bibit sanguinem ipsius iudicium sibi ipsi edit & bibit, ita qui baptismū indigne recipit (quod hodie multi Iudæi faciunt) iudicium sibi ipsi recipit & non salutem.

Porro

Porro
nam Do
I. Corint
ita de pan
bibat. N
damnatio
discernens
cerfit sibi

Quæ ig
ratio? ear
cum inquit
fide, vos ipse
tis vos ipse
est? Hinc
examen in
fides viua, &
virtute spiri
um excitant
tus est, qui
vera pœnite
tio propof
Et contra, c
feria pœnite
tio propof
iudicium &
denuo per
uertatur.
pars graui
grassantiu

Porro ne quis indigne cōmunicet cœnam Domini, sequatur consilium Pauli 1. Corinth. 11. probet quisq; seipsum, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Nam qui edit, & bibit indigne, damnationem sibi ipsi edit & bibit, non discernens corpus Domini, hoc est, accersit sibi ipsi pœnam & iudicium Dei.

Quæ igitur est vera probandi seipsum ratio? eam præscribit Paulus 2. Cor. 13. cum inquit, vos ipsos tentate, an sitis in fide, vos ipsos probate. An non cognoscitis vos ipsos, q; Iesus Christus in vobis est? Hinc apparet verum probationis examen in hoc cōsistere, vt vere sentiatur fides viua, & Christi præsentia in nobis ex virtute spiritus eius, nos ad pietatis studium excitantis. ~~Breuitè, is vere probatus est, qui reuerenter in timore Dei in vera pœnitentia, in vera fiducia & cū sancto proposito, ad hanc cœnam accedit.~~ Et contra, qui est sine vero Dei timore & serua pœnitentia, & caret viua fide ac sancto proposito, hic edit & bibit sibi ipsi iudicium & temporale & æternum, nisi denuo per fidem in Iesum Christum conuertatur. Et non dubito, quin maxima pars grauissimarū calamitatum, passim grassantium in multis locis, ideo immissa

O 5 sit

fit, quod tam frequentes sint, qui participant cœnam Domini, absque vera & feria pœnitentia.

Paulus scribit Corinthios peste castigatos esse, eo quod irreuerenter sacram cœnam attingerent. Propterea, inquit, inter vos multi sunt debiles & inualidi & obdormiunt multi. Si enim nos ipsos diiudicaremus, non iudicaremur, sed cum iudicamur à Domino, erudimur, ne cum mundo damnemur.

Vtinam hodie multi non ædificarent supra debile fundamentum, & multum fallerētur sua opinione, qui tum demum se digne cœnam Christi accedere existimant, cum coram sacerdote confessi fuerint sua peccata, & absolutionem ab eodem adepti sunt. Qui enim credit, eum absoluit Deus propter mortem & passio-
nem Iesu Christi. Nam qui credit, inquit Iohannes, habet vitam æternam. Si itaq; credens habet vitam æternam, est etiam absque omni dubio absolutus ab omnibus suis peccatis. Nihil enim aliud est absolutio quam liberatio à peccatis, quæ sola est penes Deum. Itaque non poterint à minimo peccato ministri verbi absoluer eum, qui caret timore Dei, viua fide & sancte viuendi proposito. Et qui talis est,
& ta-

& tamen
absolutio
mendax &
ta, cedit ab
spondet e
cordis int
dos est mi
mandatur
arroget po
mino. Ha
ciandi tum
ni credenti,
nam, non co
Hæ sunt
quod si qui
tes transgr
temeritatem
Quid igit
confessione
tæ sunt & gr
hoc colloq
tem & mini
Prima, ut
instituerent
pitibus Ch
enim pluri
ciones auct
omnino r
cum vtili

& tamen audet à ministro verbi petere
absolutionem , huic, cum sit coram Deo
mendax & coram ministro Dei hypocri-
ta, cedit absolutio in damnationem. Re-
spondet enim hæc externa absolutio,
cordis interioris fidei & proposito. Sacer-
dos est minister Dei, ideo gerat se iuxta
mandatum sui Domini, nec maiorem sibi
arroget potestatem, quam accepit à Do-
mino. Habet autem potestatem annun-
ciandi tum remissionem peccatorû om-
ni credenti, tum condemnationem æter-
nam, non conuertentibus se ad Deum.

Hæ sunt clauæ Ecclesiæ Christianæ.
quod si quis Euangelij minister hos limi-
tes transgressus fuerit, non feret hanc
temeritatem à Deo impune.

Quid igitur sentiendum est de priuata
confessione & externa absolutione? mul-
tæ sunt & graues causæ, cur sancti patres
hoc colloquium, quod fit inter confiten-
tem & ministrum verbi, instituerint.

Prima, vt rudes & ignari commodius
instituerentur, interrogati de singulis ca-
pitibus Christianæ religionis. Cum
enim plurimi multis annis sacras con-
ciones audiant, & aut perparum, aut
omnino nihil proficiant, maiori sane
cum vtilitate colloquentur eiusmodi
cum

cum pio ac docto ministro verbi, qui inquirat de quibus dubitent, & quæ ignorant, eos doceat.

Secunda, ut iuuenum & adolescentum exploraretur in hoc colloquio profectus. Est enim boni pastoris, non solum publice docere, verum etiam exemplo Pauli domi experiri quousq; singuli auditores in pietatis cursu promouerint.

Tertia, ut exigeretur ratio fidei ab ijs, de quorum fide ac religione iusta poterat esse dubitatio, & contumaciter obstinatis in aliqua hæresi prohiberetur cæna Domini.

Quarta, ut in hoc colloquio conscientia perplexa, & ob peccatorum scrupulos inquietæ, doctrina, consilio, & consolatione iuuarentur.

Quinta, ut in hoc colloquio priuato audirent vocem Euangelij pronunciantem remissionem peccatorum credentibus in Christum. Quia enim Christus inquit: Qui vos audit, me audit, multum prodest audire ministrum verbi, nomine Christi, iuxta ipsius mandatum, annunciantem remissionem peccatorum. Potest autem absolutio priuata fieri in hunc modum.

Quoniam mi frater, non tantum confite-

fiteris te
Deo, &
rumetiam
de remiss.
credenti c
nomine C
peccatori
ritus sanct
amplius p

Hacten
quod in
Christo spe
quomodo
ciorum ip
reperiunt
tum penit
huc subijci

Primum,
randam pce
Alterum
possit Chri
beneficia C

Quia
admat
Etsi mu
qua nos
penitenti

fiteris te peccatorem, & reum esse coram Deo, & doles te Deum offendisse, verumetiam credis promissioni Euangelij de remissione peccatorum, videlicet quod credenti detur vita æterna, annuncio tibi nomine Christi, remissionem tuorum peccatorum, in nomine Patris, filij & Spiritus sancti, Amen, vade in pace, & noli amplius peccare.

Haftenus audiuius de postremo, quod in Messia Domino nostro Iesu Christo spectandum proposui, videlicet quomodo participes reddamur beneficiorum ipsius. Quoniam autem multi reperiuntur, qui ad extremum vitæ halitum pœnitentiam protrahunt, duo adhuc subijciam atque declarabo.

Primum, de causis quæ nos ad maturandam pœnitentiam inuitabunt.

Alterum, qua ratione perseuerare possit Christianus in finem, ne fidem & beneficia Christi amittat.

Quid igitur inuitabit nos ad maturandã pœnitentiam?

Etsi multæ sunt atque grauissimæ causæ, quæ nos mouere debeat, ne velimus pœnitentiam procrastinare, quod pro
dolor

dolor, plurimi hodie magna cum securitate faciunt: tamen decem saltem argumenta hac vice afferam, quibus merito instigetur quilibet ad agendum imprimis pœnitentiam.

Primum, incertus vitæ terminus. Nemo enim nouit qua hora, quo momento, aut quomodo hinc sibi migrandû sit. hæc incertitudo nos merito ad maturandam pœnitentiã excitare deberet. Christus hortaturus discipulos ad vigilantiam, hinc petit argumentum, cum ait: Vigilate & orate, quia nescitis neq; horam neque diem. Et Lucæ 12. proponit Dominus parabolam de diuite securo & procrastinante pœnitentiam. Hominis, inquit, cuiusdam diuitis vberiores fructus ager attulit, itaque cogitabat apud se dicens: Quid faciam quod non habeam, quo congregem fructus meos? & dixit, hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora ædificabo, atq; illuc congregabo fructus meos & bona mea & dicam animæ meæ. Anima habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, oblectare. Dixit autem ei Deus: O stulte hac nocte repetam animã tuam ab te, quæ vero parasti, cuius erunt? Ita est, qui thesaurizat sibi nec est in Deo diues.

ues. Hinc
potius qu
eius, & po
Item, Qua
veniet. Et
Deus spac
mas dilati
Expectas
rima pollic
nitentiam
tibi longan
crastinus di
cum me co
peccata me
lumus, quo
indulgentia
pheta mihi
recto indulg
promisit tib
Hac pro
ta, nos ad
tia, ne citi
mus (vt Ie
caliginosos
iudicio.
se vitam pr
sed in me
runt. Mul
runt, sed i

ues. Hinc postea infert Dominus. Quin potius quærite regnum Dei & iusticiam eius, & postea reliqua adijcientur vobis. Item, Qua hora nō putatis, filius hominis veniet. Et Augustinus ait: Largitur tibi Deus spacium correctionis, sed tu plus amas dilationem quam emendationem. Expectas & de misericordia Dei tibi plurima polliceris, quasi ille, qui tibi per pœnitentiam promisit salutem, promiserit tibi longam vitam, vnde scis quid pariet crastinus dies? Recte dicis in corde tuo, cum me correxero, Deus mihi omnia peccata mea dimittet. Negare non possumus, quod correctis & conuersis Deus indulgentiam promisit. Nam in quo Propheta mihi legis, quia promisit Deus correcto indulgentiam, num mihi legis, quia promisit tibi longam vitam?

Hæc proinde incertitudo termini vitæ, nos admoneat maturandæ pœnitentiæ, ne citius opinione nostra impingamus (vt Jeremias loquitur) ad montes caliginosos, atq; ita obruamur iusto Dei iudicio. Multi fuerunt qui sperauerunt se vitam prorogare posse ad senectutem, sed in medio senectutis flore occubuerunt. Multi quietum vitæ finem expectauerunt, sed in exilio perierunt. Multi ex no-
tis

tis & amicis proposuerunt sibi solatia in agone mortis, sed inter hostes misere perierunt. Multi polliciti sunt sibi tempus quo in lecto decumbentes ingemiscerent & resipiscerent, sed subito ex hac vita erepti sunt.

Seneca pulcherrime monet, cum ait: Noli huic tranquillitati confidere, momento mare reuertitur, & eodem die ubi luserunt nauigia, sorbentur. Breuiter: Cum nemo sciat, num Spiritum per nares emissum reuocare possit, stultissime agunt, qui cum contumelia Dei procrastinant pœnitentiam, ac si temporis momenta in suis haberent manibus.

Secundum, Thesaurus plurimorum scelerum, Iræ Dei & pœnarum perniciosissimus, procrastinatione pœnitentiæ colligitur. Vnde Paulus Rom. 2. Secundum duritiam tuam & cor pœnitere nescium thesaurizas tibi iram in die iræ. Peccatum enim quod per pœnitentiam non opprimitur, mox suo pondere in aliud trahit, de hoc rursus in aliud, donec immensus peccatorum cumulus construat. & vt pessima radix non euulsa è terra, perpetuo crescit & magis germinat. Ita etiam peccatum, cum ei indulges, vires nouas quotidie acquirit, donec maxi

mum

mum pecc
rit. Nam q
abuitur in
bolo statui
quam Deo
sua securita
dent de im
dubie trist
Dolent em
Dei, suapte
quoq; crud
malus quam
mus quam
Sathanæ qu
tius pauper
ritualibus.
re quam sa
nulla alia ma
in creaturas
dicit creatur
utantur im
gloriæ filior
incestu cum
bipsi oculo
ret conspē
rarum. Vi
fuisse inspe
sceleris, &
demnare.

mum peccatorum diluuium superuene-
 rit. Nam qui hoc pacto misericordia Dei
 abutitur in Deum est iniquus, vt qui dia-
 bolo statuit longiore tempore seruire
 quam Deo. Angelos quoque Dei, hac
 sua securitate offendit. Nam vt hi gau-
 dent de impiorum pœnitentia, ita haud
 dubie tristantur de illorū impœnitentia.
 Dolent enim quod tam nobilis creatura
 Dei, suapte sit peritura culpa. In seipsum
 quoq; crudelis est. Vult enim potius esse
 malus quam bonus, vel potius esse infir-
 mus quam sanus, vel seruus esse potius
 Sathanæ quam libertus Christi, vel po-
 tius pauper esse quam diues in bonis spi-
 ritualibus. Breuiter: Vult potius peri-
 re quam saluari, qua sane crudelitate
 nulla alia maior esse potest. Taceo quod
 in creaturas Dei sit iniurius. Vnde Paulus
 dicit creaturam ingemiscere, quod se ab-
 utantur impij, & expectare libertatem
 gloriæ filiorum Dei. Oedipus intellecto
 incestu cum propria matre commisso, si-
 bijpsi oculos eruit, vt vel isto pacto fuge-
 ret conspectum solis & omnium creatu-
 rarum. Videbat enim omnes creaturas
 fuisse inspectrices infandi & turpissimi sui
 sceleris, & omnes vnanimiter ipsum con-
 demnare. Non secus hodie quicunq; ma-

P

le vi-

le viuunt, sentiunt se ab omnibus creaturis accusari coram tribunali Dei.

Tertium, ab alienatio mentis à Deo, & finalis induratio. Nam quo diutius differatur pœnitentia, eo redditur difficilior. Perinde enim vt in corporis morbis se res habet, ita & in morbo animæ, qui est peccatum. Quo enim differtur medicina corporis diutius, eo fit morbus periculosior & difficilior curatur, immo interdum ex diurnitate incurabilis euadit. Quemadmodum in cancro morbo apparet, vbi si non malum igne aut ferro coherceatur statim ab initio, metuumdum est ne paulatim ita inualescat, vt penitus hominem è medio tollat. Hoc est, quod Salomon inquit: Adolescens ambulans iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Et Ieremias, Si mutare potest Aethiops pellem suam, & pardus maculas suas, vos etiam potestis benefacere cum feceritis malū. Consuetudo enim diuturna altera fit natura. Hoc igitur periculum indurationis merito nos commouere ad maturandam pœnitentiam debet.

Quartum, conscientia mala, qua nihil grauius, nihil tristius, nihil miserius. Hanc testem suorum scelerum coguntur

tur secur
no oblect
quit Bernh
ipsa testis e
accusat, ipsi
nat. Hæc
tanquam e
dibit, & si
mortis in
cusabit, d
dem consc
dam testim
impressum
dicio, & d
tumaces.

Quintum
peccati. Et
malum, vic
quemadmo
Dei, ita exe
pter imitat
ph: 2: 13 Chr
dalu veni
vnum ex p
præstiterit
naria in c
profundat
in Christu
fratres,

tur secum circumferre, qui peccati cœno oblectantur. Mala conscientia (inquit Bernhardus) delictorum nostrorum ipsa testis est, ipsa iudex, ipsa tortor, ipsa accusat, ipsa iudicat, ipsa punit, ipsa damnat. Hæc etsi ad tempus resecta fuerit, tanquam cauterio, tamen aliquando prodibit, & si non antea, saltem in agone mortis instar mille testium astitit, accusabit, damnabit, puniet. Est siquidem conscientia mala, diuinum quoddam testimonium, animis hominum impressum, de futuro in contumaces iudicio, & de pœnis quas iuste luant contumaces.

Quintum, scandalum & reatus alieni peccati. Est autem in scandalo duplex malum, videlicet factum & exemplum. quemadmodum facto per se violatur lex Dei, ita exemplo proximus læditur propter imitationem. Hinc illud *ἑλωὸς ἐπίφθυσια* Christi, væ homini per quem scandalum venit. Et rursus, qui offenderit vnum ex paruis istis, qui in me credunt, præstiterit illi, vt suspendatur mola asinaria in collum eius, & demergatur in profundum maris. Paulus pronunciat in Christum peccare & perdere infirmos fratres, qui adiaphoris cum scanda-

lo vtitur. Quid sentiendum de eo est, qui vel erronea doctrina vel improba vita multos in perniciem adducit? Quod tanta grassentur scelera in mundo hodie, an non inde prouenit, quod vnus putet sibi licere, quod videt alium facere? quē mox alius imitatur, & hunc alius, donec scabie vnus membri, totum corpus ferē Ecclesiæ infectum deformatur.

Sextum, priuatio spiritualium diuitiarum, quarum soli sancti in Ecclesia sunt participes. Donec enim homo sine pœnitentia viuit, gaudio Spiritus sancti caret, conscientiæ pace destituitur, consolationibus Spiritualibus priuatur in sua miseria, nec est particeps precum piorū Christianorum.

Septimum, delitiæ sathanæ. Quemadmodum enim angeli in cœlo gaudent super hominem agentem pœnitentiam: Sic Sathanas summis delitijs & veluti iucundissimis voluptatibus perfunditur, cum homines præsertim eos, qui Christo dederunt nomina, videat sine pœnitentia viuere. Sunt enim peccata hominum, vt quidam ex patribus ait, *ἐνωχία φαύλων δαιμόνων.*

Octauum, cogitatio tragicorum exemplorum plurimorum hominū, qui à Deo
ob

v
ob contum
pœnas, in
Pharao, Sa
& infiniti al
ta nationes
postolos ad
ad pernici
Antichristi
Nonum.
subeat, qu
pus homini
si contemser
sæpius offer
margaritas
Decimur
dici enim r
raro vera. N
tiam agere c
peccare no
mulat, Et
quæ à mor
ne ipsa mor
negem imp
qui iam ex
pœnitentia
periculosu
ad extrem
Has rat
it, quarur

ob contumaciam sunt abiecti in æternas pœnas, in quorum numero sunt, Cain, Pharao, Saul, Achitophel, Iudas, Iulianus & infiniti alij. Videmus enim quam multæ nationes, quæ Christum atque eius Apostolos audiuerunt, perierunt conuersi ad perniciosos errores diaboli, Turcæ & Antichristi Romani.

Nonum, cogitatio etiam hæc animum subeat, quod pœnitentia non sit tam opus hominis, quam donum Dei. Quod si contemseris, dum à Deo tibi indies ac sæpius offertur, metuendum est vt suas margaritas sæpius subus obijciat.

Decimum, conditio seræ pœnitentiæ, dici enim recte solet. Sera pœnitentia, raro vera. Nequaquam enim is pœnitentiam agere censendus est, qui postquam peccare non potest, pœnitentiam simulat, Et Augustinus ait: Pœnitentia quæ à moriente tantum petitur, timeo ne ipsa moriatur. Hoc dico non quod negem impartiri misericordiam Dei ijs, qui iam ex hac vita discedentes agunt pœnitentiam, sed vt cogitemus, quam sit periculosum protrahere pœnitentiã vsq; ad extremum vitæ halitum.

Has rationes breuiter colligere placuit, quarum cogitatio nos singulos retine-

bit in timore Dei, ne abutamur misericordiae Dei magnitudine, in nostram propriam perniciem. Deus omnipotens flectat corda nostra, ad veram, constantem & salutarem poenitentiam, ut filij Dei simus, ac vniuersi & singuli cum seniori Simeone ex toto corde, quando ex hac vita migrandum erit, lati canamus. Nunc dimitte seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace &c.

Quomodo perseverabit Christianus usque in finem, ne amittat fidem & gratiam partam in Domino nostro Iesu Christo?

Medici sapientia atque prudentia praestantes, ad aegrotum accersiti, duo agunt. Primum omnem intendunt operam, ut sua arte & consilio praesentem morbum tollant. Deinde ut pristinae valetudini restituto, praescribant viuendi rationem, ne in morbum denuo recidant, atque suae perditionis sibi ipsi autores fiant. Horum ego exemplum imitabor, & quoniam haecenus attuli ex salutari verbo

bo Dei, t
mortem
nunc quo
ut qui Chr
perit, po
consequa
ruit omni
si igitur
militiam
entiam, re
si quis vlt
retinenda
respondeo
morem D
entiam fili
continet
erga Deum
mus. habet
Principi
datur.
Secund
equitur.
Tertio,
posturas
Quarte
aduersus
Principi
uet ne qu
itaque t

bo Dei, remedium aduersus peccatum, mortem & condemnationem, impertiar nunc quoq; consilium, qua ratione fiat, vt qui Christum cum suis beneficijs acceperit, porro etiam perseueret, & æterna consequatur bona, quæ Christus promeruit omnibus in se credentibus. Quod si igitur cum Paulo dixerò Milita bonam militiam retinens fidem & bonam conscientiam, rem totam complexus sum. Verù si quis vltèrius dicere pergat, quomodo retinenda sit fides & bona conscientia, respondeo. Sacra scriptura appellat timorem Dei summam & præcipuam sapientiam filiorum Dei. Hic enim timor continet nos in officio & obædientia erga Deum, in cuius conspectu ambulamus. habet autem conditiones quatuor.

Principio enim cauet ne Deus offendatur.

Secundo, imperata sibi diligenter exequitur.

Tertio, omnes insidias, dolos & imposturas studiose vitat.

Quarto, quærit & implorat auxilium aduersus suos hostes.

Principio qui Deum timet, sedulo cauet ne quo pacto Deum offendant. dicitur itaque timor Dei purus, Psal. 19. Pro-

pterea quod qui Deum timet, cogitat quibus malis obnoxius fuerit propter peccatum, cogitat Christum amarissimā suam mortem pertulisse, vt peccatum tolleret: cogitat in conspectu Dei se versari siue vigilet, siue dormiat, siue sedeat, siue ambulet, siue edat, siue bibat &c: Recordatur porro immensæ gloriæ, qua adoptatus est in societatem filiorum Dei, vt præstet se patri suo dilectissimo morigerum in omnibus: cogitat peccatum esse notam filiorum diaboli: cogitat se membrum esse Christi, & socium sanctæ communionis cum Deo, patre, filio & Spiritu sancto, atq; adeo cum omnibus electis Dei: cogitat peccatum esse spirituale adulterium, dissoluens coniugium, quod intercedit animæ hominis cum suo sponso Domino nostro Iesu Christo: cogitat non decere, vt templum Dei conuertat in habitaculum diaboli, nec oportere se suo corde expellere Spiritum sanctum, cuius beneficia tam præstantia & multa efficaciter experitur: cogitat se nolle diabolo gratificari, vt proditorie agat aduersus suum Dominum & redemptorem Christum: cogitat ita vitam traducere oportere, ne aut aliquo manifesto flagitio sit vlli scandalo, aut propter
ipsum

ipsum m
huiusmo
corde ho
vitandi pe
entiam. I
cum in co
ramus.

Secund
rat mand
inquit: I
de, hoc ei
te præstat
dientiam i
vero Dei c
de aberrat
cent Deu
num, & or
ordinis fac
solos recte
opera supe
festis tamen
tia, assue
addam, v
formare i

D E

Cultus
factum e

ipsum male audiat Euangelium. Hæ & huiusmodi aliæ cogitationes pariunt in corde hominis timorem Dei, & studium vitandi peccata ac lapsus contra conscientiam. Faxit Deus vt singuli has nobiscum in corde nostro perpetuo circumferamus.

Secundo, qui timet Deum obtemperat mandatis Domini, nam vt Psalmus inquit: In mandatis eius delectatur valde, hoc est, cum summa animi voluptate præstat Deo debitum cultum & obedientiam iuxta mandata ipsius. Ab hoc vero Dei cultu hæctenus multis annis fœde aberrarunt papistæ, qui perperam docent Deum colendum præceptis hominum, & omnem Dei cultum alligant sui ordinis sacerdotibus & monachis, quos solos recte seruire Deo, & habere etiam opera supererogationis vendibilia, manifestis tamen imposturis ac quæstus gratia, asseuerarunt. De hoc igitur quædam addam, vnde quisque discat suum recte formare iudicium, de vero Dei cultu.

D E C V L T V D E I.

Cultus Dei est opus a Deo mandatum factum ex fide in celebrationem gloriæ

P 5

Dei

Dei principaliter. In hac definitione tria sunt quæ necessario coniunguntur in vero Dei cultu.

Primo, materia quæ est opus mandatum à Deo.

Secundo, causa videlicet, ut fiat hoc opus ex fide in Iesum Christum.

Tertio, finis, nempe gloria Dei, quam respicit operans, ut cœlesti patri hoc modo se obœdientem declaret.

Quod cultum oporteat esse opus à Deo mandatū, docet nos ipse Deus apud Ieremiam cap: 20. in præceptis meis ambulate, & nō in præceptis patrum vestrorum. Et Christus cum inquit, frustra me colunt docentes doctrinas, mandata hominum, hoc est, putant me coli, cum ea fatagant, in quibus homo iudicauerit Dei cultū situm esse, sed toto cœlo aberrant, & suorum laborum oleum & operā perdunt. Et Paulus clare damnat, omnes ἐθελουθεσκέιας, hoc est, cultus, quos homines bona, ut vocant, intentione excogitant. hinc constituitur regula hæc, quod nullus cultus Deo acceptus sit, nisi quem ipse Deus proprio suo verbo ordinat ac homini commendat. A verbo enim pendet puritas & sanctitas cuiusq; operis.

Deinde fidem necessario requiri ad rationem

tionem cultus hinc patet, quia Deus requirit cultum purum & syncerum, qui exhiberi non potest à quoquam, cuius cor omni abominanda spurcitie contaminatum atq; coram Deo fœdatum est. Affirmat autem Paulus corda infidelium impura & contaminata esse, necesse est igitur horum opera quantumuis speciosa & splendida existant corā mundo, esse abominabilia corā Deo. Vnde ad Romanos inquit Paulus, quicquid nō est ex fide peccatum est. Et ad Hebræos, impossibile est placere Deo sine fide, sed quid igitur efficit fides? Fides purificat cor hominis, nam ita inquit Apostolus, fide purificans corda. Hoc autem fit non quod eam efficaciam obtineat fides sua natura, sed q̄ sanguine Iesu Christi aspergantur (vt inquit Apostolus) conscientia credentium quo mundantur ab omnibus peccatis eorum mortalibus.

Cultum præterea respicere gloriā Dei principaliter, docet Paulus inquiens. Omnia facite in gloriam Dei. Cum enim creati simus atque etiam insuper redempti, vt celebremus Deum, decet profecto nos debitum Deo præstare cultum ob mandatum ipsius.

Opus igitur hac ratione factum iuxta
manda-

mandatum Dei, ex fide, in gloriam Dei sanctus & purus adeoque Deo placens vocatur cultus. Siue igitur internum aut externum, siue eximium, aut vile sit huiusmodi opus, censetur tamen Dei spiritualis cultus, eo quod non ex carne, sed ex Spiritu fidei, quæ respicit gloriam Dei, proficiscatur. Vbicunque autem horum trium aliquod desideratur, ibi non meretur opus hominis dici Deo gratus & acceptabilis cultus. Phariseus ille cuius meminit historia Euangelica, & Cornelius ille Aulicus, de quo scribitur in Actis Apostolicis, dederunt eleemosynas, quarum beneficio multi subleuati ac consolati sunt. hic eadem sunt utrinque opera, nihilominus ingens est Eleemosynarum vtriusque discrimen. Eleemosynæ Pharisei non fuere cultus Dei, quia nec ex fide proficiscebantur, nec tendebant ad gloriam Dei. Cornelius autem quamuis non erat plene institutus in cognitione Christi, tamen cum crederet & expectaret salutem atque erogaret Eleemosynas suas ex mandato diuino in gloriam Dei & pauperum solatiū, fuerunt ipsius Eleemosynæ cultus purus, sanctus atque Deo acceptus. Ideo dicit Cornelio angelus. Act. 10. Orationes & Eleemosynæ tuæ
ascende-

ascende
Dei.

Pugna
tra suos
lum Dau
enim hal
gerit bel
nem poj
am carui
quæsiuit
la tantum
lanienæ co

Ad eun
rum vna t
re Dei pra
no & eode
ta aut cale
quoduis h
tamen illiu
cum fiant
præcipien
erga Don
tæ opera
tiora appa
contamin
& fceditæ
Simile
& omnin
didum ac

ascenderunt in memoriam in conspectu
Dei.

Pugnant Dauid & Scipio, vterq; contra suos hostes. fuit autem cultus Dei bellum Dauidis & non Scipionis. Dauid enim habens mandatum Dei, credit & gerit bellum in gloriam Dei & defensionem populi huius. Scipio vero quoniam caruit & mandato Dei & fide, nec quæsiuit gloriam Dei, fuerunt ipsius bellantum impiæ & crudeles hominum lanienæ coram Deo.

Ad eundem modum duæ ancillæ, quarum vna timens Deum, altera nullo timore Dei prædita, quamuis occupentur vno & eodem labore, purgantes vestimenta aut calceamenta sordibus, aut aliud quoduis heræ mandatum exequentes, tamen illius opera tantum sunt cultus Dei cum fiant ex fide iuxta mandatum Dei, præcipientis obœdientiam ministrorum erga Dominos, verum huius, impiæ vitæ opera, licet specie tenus præstantiora appareant, non sunt cultus Dei, cum contaminata sint hæc cordis immunditie & fœditate interna.

Simile erit iudiciū de alijs quoq; factis, & omnino nullum opus quantumuis splendidum ac speciosum, appelletur cultus
Dei,

Dei, nisi sit mandatum à Deo & fiat à credente ac timete Deum in celebrationem nominis ipsius. Sufficiat hæc de cultu Dei dixisse, ex quibus facile est intelligere, quid sentiendum sit de Antichristi Romani Misis, Vigiljs, Rosarijs & huiusmodi multis innumeris nugis & commentis, quæ sub titulo sanctitatis & cultus Dei, contra manifestam totius scripturæ veritatem, venditare audet.

Tertia conditio timoris Dei est, quod timens Deum, studiose caueat sibi ab imposturis & insidijs. Huc facit illud Syracidæ cap. 33. Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illū cōseruabit & liberabit à malis. Inter multos autem hostes cum quibus conflictari oportet Christianum, tres sunt præcipui, qui ipsius salutem impedire conantur, nimirum caro, mundus, & diabolus.

Caro, hoc est, prudentia & sapientia humana, aut Deum ipsum vult reformare & huius colendi rationem præscribere, aut hoc suis cupiditatibus & voluptatibus agit, vt totum hominem à Deo auertat. Dicitur autem caro & sanguis velle Deum reformare, atq; huius colendi rationem præscribere, cum instituit homo cultum aliquem diuinum, nō mandatum à Deo

à Deo, q
est: & ha
regulam,
tione, plac
Dei, & co
esse infidi
pientiores
doceri ind
um timet
cant, sic ser
dirigatur v
periculosa,
est plane no
igitur insti
dato Dei, i

Primum
veri cultus
Dei deserat

Deinde
quod auri
tum intro

Tertio
biipsi inur
cultum Dei
perit.

Quarto
miles super
huius rei
ea non sol

à Deo , quemadmodum in papatu factū est : & hanc quasi immotā obseruari vult regulam , quod quicquid fiat bona intentione , placeat Deo. His se opponit timor Dei , & cogitans huiusmodi suggestiones esse insidias diaboli , agnoscit Deum sapientio rem , quam vt a puluere & cinere doceri indigeat aut velit. Qui igitur Deum timet de bona intentione , quam vocant , sic sentiat. Quod si bona intentio dirigatur verbo Dei , prodest , sin minus , periculosa , & si pugnat cum verbo Dei , est plane noxia & pernicio sa. Quicunq; igitur instituit cultum diuersum à mandato Dei , is quadrupliciter peccat.

Primum fit reus defectionis , eo quod veri cultus Dei regulam nempe verbum Dei deserat.

Deinde incurrit temeritatis vitium , quod ausit cultum a Deo non præceptum introducere.

Tertio horribilis superbix notam sibi ipsi inurit , quod existimet se aucturum cultum Dei ultra quam Deus ipse præceperit.

Quarto peccat exemplo , quo alij ad similes superstitiones inuitantur. Si quis huius rei exempla requirat , inueniet ea non solum in magna copia apud Papistas

pistas, verum etiam forte inter nos ipsos. Videat itaq; vnusquisq; , ne quid temere tentet , aut instituat absque mandato Dei.

Deinde vtuntur etiã caro & sanguis domestici sui & innati hospitis consilio, & varijs corporis voluptatibus atq; delitijs. intemperantia atq; incontinentia nritur totum hominem auertere à Deo. hisce autẽ opponit se timor Dei & ab vna parte Domini nostri Iesu Christi atque sanctorum huius exempla inculcat , ab altera vero parte commemorat infœlices eorum casus & miserias , qui à Deo defecerunt, cuius rei etiamnum hodie exempla manifesta sunt.

Mundus quoque insidiatur filijs Dei, quos prauis consilijs & exemplis , honoribus, voluptatibus, diuitijs & rerum successibus conatur à Deo seducere. Et Ecclesiæ Christianæ, non tantum crucem & tribulationes exprobrat , verumetiam persequitur , & occidit omnes quotquot Christum confitentur. Hisce mundi occultis insidijs & manifestis iniurijs opponit timor Dei consilium Dei, exemplum & voluntatem Christi, efficaciam & gaudiũ in Spiritu sancto, cœlestes diuitias vitæ æternæ , consolationes Spiritus sancti
sub

sub cruc
sto Iesu,
bunt, qu
abijcietu

Diabo
micidio
Contra
spiritual
victoria
strum Ie
in hoc q
cetur.

Quart
implorat
hostes, c
huius me
mini nihi
desideres
mum pra
stianorum
catio ver
tetur Sal
tissima ne
git iustus
Psalmo:
& eripia
Quon
nibus ad
ratio fic

sub cruce, & salutarem victoriam in Christo Iesu, quam pij omnes plene obtinebunt, quando Sathan cum suis membris abijcietur in pœnas inferni æternas.

Diabolus præterea mendacio & homicidio grassatur aduersus Christianos. Contra hunc pugnat timor Dei gladio spirituali, videlicet verbo Dei, certus de victoria consequenda per Dominum nostrum Iesum Christum, quemadmodum in hoc quarto membro nunc porro dicitur.

Quarta timoris Dei conditio est, quod implorat auxilium aduersus hosce suos hostes, carnem, mundum & diabolum. huius meminit Syrac. cap. 40. Timori Domini nihil deest, nec est cur in eo opem desideres. Præstantissimū autem & summum præsidium aduersus omnes Christianorum hostes, est seria & ardens inuocatio veri & omnipotentis Dei. Quod fatetur Salomon cum inquit: Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum confugit iustus & exaltabitur, & Deus ipse in Psalmo: Inuoca me in die tribulationis & eripiam te, & glorificabis me.

Quoniam igitur Christianorum in omnibus aduersitatibus arx præcipua est oratio fidelis, paucis indicabo, quid de

Q oratio-

oratione Christiana sentiendum sit. Nec arbitror opus esse refutare diabolicum illum errorem, quem Papa inuexit de inuocatione sanctorum, quæ nihil aliud est quam mera filij Dei IESU CHRISTI blasphemia. Cum enim expresse in suo verbo mandarit DEVS, vt ipsi soli confidamus, & eum solum inuocemus, nec vlli creaturæ hunc tribuamus honorem, profecto secus facientes, grauius delinquent & turpiter seduci se patiuntur, instinctu diaboli, à vero mediatore & intercessore Iesu Christo. At qui Deum timet, is obtemperat Dei mandato, quo se solum inuocari præcepit, & confidit promissionibus diuinis, inprimis Christi promittentis, vt quicquid petierimus in nomine eius, id accipiemus, modo firma fide petamus, nihil quicquam de promissionibus ipsius hæsitantes.

Quid igitur est oratio Christiana?

Christiana oratio non est verborum battologia aut multiloquium, quemadmodum falso existimasse hypocritas indicat Christus, Matth. 6. sed est intus
cordis

cordis g
minis ad
pro accep
petit aliq
diatoris
exauditur
leuatis in
rum ipsi
clamabat
cens: qui
quit: Ad
meam. Ex
quod vera
nis strepit
postulans.
Quorsu
ne vitimur
dimus & o
mus in cæl
vtimur, vt
ferio prec
gis intent
ma pariter
publice co
dem nostr
Quamuis
fit nota, n
animus p
tionem e

cordis gemitus, quo eleuatur anima hominis ad Deum, & aut agit ipsi gratias pro acceptis per Christum beneficijs, aut petit aliquid in nomine vnici nostri mediatoris Iesu Christi, certo statuens se exauditum iri apud Deum. Moses orat leuatis in cœlum manibus, nullo labiorum ipsius motu conspecto. Corde enim clamabat, & respondebat ei Dominus dicens: quid clamas ad me? Et Dauid inquit: Ad te DOMINE leuavi animam meam. Ex hisce duobus exemplis patet, quod vera oratio non sit labiorum inanis strepitus, sed ardens cordis gemitus postulans auxilium à Deo.

Quorsum igitur verborum recitatione vtimur, genua flectimus, pectus tundimus & oculos inter orandum attollimus in cœlum? Hisce gestibus externis vtimur, vt excitetur pectus hominis ad serio precandum, vt sint cogitationes magis intentæ ad res petendas, vt Deus anima pariter & corpore celebretur, vtque publice corpore & ore profiteamur fidem nostram in Deum. Vnde Augustinus: Quamuis inuisibilis voluntas orâti Deo fit nota, nec vllis indigeat indicatijs, vt ei animus pandatur humanus, qui locutionem cordis cognoscit, tamen homo

Q 2 voci-

vocibus & membris sui corporis vtitur, vt sic orando affectus hominis humilior deuotior & feruentior crescat.

Quomodo inter orandum leuatur cor hominis ad Deum? id fit duabus tanquam alis, quarum vna est cogitatio misericordiae Dei, altera est fiducia mediatoris Domini nostri Iesu Christi.

Cogitatio misericordiae Dei in eo consistit, quod Deus ipse hunc cultum inuocationis mandarit, & promiserit se exauditurum inuocantes, ac requirit gratitudinem post exauditionem & liberationem. Haec tria coniunguntur in dicto Psalmi 50. Inuoca me in die tribulationis (est mandatum) & ego eripiam te (promissio de exauditione) & glorificabis me (quo requiritur gratitudo). Inter orandum igitur non solum respicere oportet ad mandatum & promissionem Dei, sed etiam cogitandum est de gratitudine, quae consistit in obœdientia præstanda Deo. hinc patet quod quicumque oret retinens propositum peccandi, is non existimet se impetraturum aliquid boni, sed potius sibi ipsi sua oratione accersere poenas Dei, ob suam ingratitude. Sic enim inquit Psalm. 66. Iniquitatem si aspexissem corde meo, non audisset Dominus.

Et

Et 1. Ioh
henderit
mala con
di) fiduci
quid peti
cobi 4. P
male pet
infumati
sequatur
2. Disced
nocat no
Altera
tur cor ho
ma in m
Iesum Ch
promissio
pulos: Q
mine meo
plissima p
sunt obse
uerfale (i
dus (in n
Vniuer
ad certu
Christi:
Quicquid
vestro co
fram sa
vobis.

Et 1. Iohan. 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos (hoc est si liberi sumus à mala conscientia & proposito male agendi) fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo. Iacobi 4. Petetis & non accipietis, eo quod male petitis, vt in concupiscentijs vestris insumatis. Oraturus igitur Christianus sequatur regulam Pauli traditam 2. Tim. 2. Discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini.

Altera ala, qua inter orandum leuatur cor hominis ad Deum, est fiducia firma in mediatorem nostrum Dominum Iesum Christum, qui hanc dulcissimam promissionem apud suos deposuit discipulos: Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. In hac Christi amplissima promissione, duo potissimum sunt obseruanda, videlicet signum vniuersale (quicquid) & inuocationis modus (in nomine meo.)

Vniuersalis promissio restringenda est ad certum genus, vt sit sententia hæc Christi: Quicquid petieritis, hoc est, Quicquid vos filij Dei petieritis à patre vestro cœlesti, quod potest cedere in vestram salutem & commodum, hoc dabit vobis. Sic declarat hanc quoq; Iohan-

Q 3

nes

nes, 1. Iohan. 5. cum inquit : Quicquid petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Nequaquam enim decet probos filios aliquid à suo patre petere, quod ipsius paternæ voluntati aduersetur. Si enim filius scorpionem aut serpentem aut rem quouis modo noxiam petat à patre, certe aduersatur voluntati paternæ, & non daturus est pater, quod postulat filius.

Teneant itaque filij Dei has duas regulas. Prima, quando petimus à Deo bona, quibus aut bene aut male uti possimus, petamus ea cum conditione, dicentes : Concede mihi Domine, hoc aut illud, si mihi sit conducibile & non impediat longe præstâtiora & meliora. Ita olim sancti Martyres orabant, & nos hodie eodem modo diuinæ nos subijcimus voluntati, cum aut pestem, bellum aut alias Dei pœnas deprecamur, aut pro sanitate consequenda & vitæ necessarijs impetrandis Deum imploramus.

Secunda regula hæc est. Quâdo à Deo petimus bona, quibus abuti non possumus, ea sine omni conditione petenda sunt. Eiusmodi bona sunt cognitio Dei, incrementum fidei, vera pietas, patientia sub cruce, & his cognatæ virtutes alia.

lia. Hu
gnitio v
mines fa
ritatis pe
copiose

Alter
dulcissim
uocatio
inquit :
quid pe
mei, hoc
qui sum a
tor vester
vestrum,
quod sit
tres & ip

Porro
sti, & quæ
declarauit
nebo, quæ
quotiescun
missione
nomine n

nam mult
tares & c
Doctr
docet ex
bus or
propria

liæ. Huius regulæ fundamentum est cognitio voluntatis Dei, qui vult omnes homines saluos fieri & ad cognitionem veritatis peruenire, quemadmodum supra copiose demonstratum est.

Alterum quod notandum diximus in dulcissima Christi promissione, est inuocationis modus, qui exprimitur, cum inquit: In nomine meo, hoc est, Quicquid petieritis in agnitione & fiducia mei, hoc dabit vobis pater propter me, qui sum aduocatus, intercessor & mediator vester apud patrem meum & patrem vestrum, Amat vos pater, mea de causa, quod sitis mea membra, immo mei fratres & ipsius filij adoptiui.

Porro qualis debeat esse agnitio Christi, & quæ nostra in ipsum fiducia, supra declarauimus, itaq; nunc solum hoc admo-nebo, quomodo affecti esse debeamus, quotiescunq; audimus hanc Christi promissionem, quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Nam & doctrinam multiplicem & admonitiones salu-tares & consolationes efficaces cõtinet.

Doctrina est multiplex. Primum enim docet excludendam esse à nostris precibus omnem cogitationem dignitatis propriæ. Cũ enim in nomine Christi ora-

Q 4 mus,

mus, fatemur Christum solum dignum esse, cuius causa exaudiamur a Deo. Deinde discimus discrimen inter Christianam orationem, & omnium aliarum sectarum. Nam Christiana oratio nititur fiducia mediatoris, quem cum prophani homines non agnoscant, inanis est eorum oratio & destituta omni fundamento.

Admonitiones sunt, quod admoneat nos hic precandi modus, nostrae cecitatis. Nam cum petendum sit in nomine Christi, non potest esse dubium, quin maxima sint illa, quae peti necesse sit. Oculos ergo aperire oportet, & diligenter circumspicere, quae publice, quae priuatim nobis molesta sunt. Quae interna, quae externa, quae corporalia, quae spiritualia desiderantur, ut in omnibus his ad clementissimum patrem leuemus corda nostra, & petamus ab eo in nomine mediatoris nostri IESU CHRISTI, certo & indubitate confidentes, quod daturus sit nobis necessaria, modo firma fide precemur, & possint ea esse nobis salutaria, quae petimus, sicuti iam dictum est.

Consolationes sunt, quod hic modus precandi consoletur inuocantes aduersus duo maxima inuocationis impedimenta, diffidentiam carnalem & propriam

am indi
diatoris
nalis no
moria n
vitae, ne
cile om
cogitat
nos ind
spectur
malis m
dentiam
sed Chri
net, Ro
cum De
Christur
cessum,
stamus.
Cum
Domini
ita enim
do veri
Spiritu
quærit
tana m
pender
nim, p
uerunt
est loc
opinic

am indignitatem. Nam nisi fiducia mediatoris inter precandum niteremur, carnalis nostra diffidentia, quam auget memoria multiplicium peccatorum totius vitæ, nos a precando abstereret, & facile omnes succumberemus, prostrati cogitatione nostræ indignitatis, qui per nos indigni sumus, vt prodeamus in conspectum Dei, sed fiducia mediatoris his malis medetur. Nam & carnalem diffidentiam vincit, & dignitatem non suam, sed Christi iactat. Huc illud Pauli pertinet, Rom. 5. per fidem pacem habemus cum Deo, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem etiam habemus accessum, per fidem in gratiam hanc in qua stamus.

Cum his optime congruit responsum Domini datum Samaritanæ. Iohan. 4. ita enim ait: venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in Spiritu & veritate. Nam pater tales quærit, qui honorant ipsum. Samaritana mulier putabat ex loci dignitate pendere orationis efficaciam. Dicit enim, patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quod Ierosolymis est locus vbi oporteat orare. Ab hac opinione reuocat Christus mulierem, &

Q 5

pro-

proponit ei verum adorandi modum, videlicet quod oporteat adorare patrem in Spiritu & veritate. Cum dicit Spiritu, discernit inter orationem, quæ ex ore tantum procedit, & eam quæ ex Spiritu proficiscitur, qui spiritus fidem in corde hominis operatur, ex qua pendet & proficiscitur vera adoratio. Cum autem dicit in veritate, interpretatur duas figuras veteres, priorem montis in quo precatus est Iacob, posteriorem loci, qui erat Ierosolymis, & dicebatur propitiatorium. Mons enim ille Iacob admonerat, vt adoraturi non spectemus vllam locorum in mundo dignitatem, sed vt ab omnibus vallibus mundi leuemus corda nostra ad montes, hoc est, in cælum. Atq; hoc vult Christus, cum iubet precantes dicere. Pater noster qui es in cælis. Posteriorem figuram exponit CHRISTVS, cum inquit, adorabunt patrem in veritate. Hæc veritas opponitur loco isti Ierosolymis, qui dicebatur propitiatorium. Typus enim erat iste locus veri propitiatorij, Iesu Christi mediatoris nostri vnici, sine quo nulli patet aditus in Sanctum sanctorum, hoc est, in salutem & vitam æternam.

Hac ratione excluditur etiam à Christiana

stiana
mul ne
mentis
congru
oris, r
quam i
Oste
custod
entia i
cata vit
fidias c
ter caue
plicibus
lium ap
oration
feneret
perdure
le nos D
qui in C
ad se in
interea
ruption
iudicij D
nouissin
bus vni
lij vita
bus hui
perpetu
mino &

ftiana oratione omnis hypocrifis, & fimul neceffario requiritur verus & ardens mentis inter orandum ardor, ita vt fit congruentia ac confonantia cordis atq; oris, ne hoc aliud dicat aut loquatur, quam illud fentiat.

Oftenfum itaq; eft, timorem Dei effe custodem optimum fidei & bonæ confcientiæ in nobis, vtpote qui ftudiofe peccata vitet, mandatis Dei obtemperet, infidias carnis, mundi & diaboli diligenter caueat, & ante omnia in hifce multiplicibus mundi periculis, quarat auxilium apud Deum, Christiana & feria oratione, atque hoc pacto confans perfeueret vfque in finem: hoc eft, tantisper perduret, donec ex hac miferiarum valle nos Deus euocet, & animas piorum qui in Chrifti inuocatione difcefferunt, ad fe in cælum recipiat, quiefcentibus interea in puluere terræ corporibus, corruptioni obnoxijs, in testimonium iufti iudicij Dei. Qui corpora nofta in die nouiffimo excitabit, & reftitutis animabus viuificabit, vt fruamur nos ipfius filij vita æterna, & finaliter erepti omnibus huius mundi cafibus & periculis, perpetuis versemur in gaudijs, cum Domino & faluatore noftro vnico Iefu Chrifto, cui

sto, cui cum patre & Spiritu sancto, sit laus honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Hæc habui, quæ scriberem de capitibus nostræ religionis, in gratiam eorum qui linguam nostrâ vernaculam intelligunt. Quæ etiam extare volo loco confessionis meæ fidei & doctrinæ, quam docui & professus sum in hac schola Haffnensi, annos circiter triginta. Rogo autem Christianum lectorem, ut de hoc & alijs meis scriptis, non ex calumnijs impertorum & superborum Spirituum, sed ex verbo Dei, iudicent. Deus misereatur Ecclesiæ suæ, & clementer auertat dissidia & corruptelas puræ doctrinæ, & absit nobis singulis suo Spiritu sancto, cuius auxilio ita in agnitione veri Dei, fide & nouitate vitæ, indies promoueamus, ut in die nouissimo reperiamur in numero electorum filiorum Dei, per Dominum nostrum Iesum Christum, AMEN.

FOR-

FO

Ti a
gratias
unicu
torem
nibus
bus &
ternis,
quam
primi
Oro
per no
tuam
tem tui
mudu
multi
pradic
Om
largire
sub tu
rege sp
clemen
quem
gloria
& hor

FORMULA PRE-
CANDI QVOTI-
DIANA.

TIBI ætete Deus, misericors pater,
gratias ago per dilectum tuum filium,
vnicum mediatorem, Dominum & salua-
torem nostrum Iesum Christum, pro om-
nibus donis & beneficijs tuis, corporali-
bus & spiritualibus, temporalibus & æ-
ternis, quæ longe plura & maiora sunt,
quam aut animo concipi aut verbis ex-
primi possint.

Oro te mitissime Deus, pater cœlestis
per nomen filij tui vnigeniti, vt Ecclesiã
tuam vbiq; terrarum defendas, & purita-
tem tui verbi cõserues, vt per vniuersum
mundum propagetur regnum filij tui, &
multi tuam bonitatem & misericordiam
prædicent in omnem æternitatem.

Omnipotens Deus, pater cœlestis,
largire his terris salutarem & trãquillam
sub tua protectione, gubernationem,
rege spiritu tuo sancto, Regem nostrum
clementissimum, regni consiliarios &
quemlibet in suo vitæ genere, vt in tuam
gloriam, vitam agamus in omni pietate
& honestate, quietam.

Dele

Dele o[mn]i[m] misericordiarum pater omnes iniquitates meas, per & propter filium tuum, pro nobis crucifixum & resuscitatum, & iustifica me filij tui vnigeniti iusticia: munda cor meum Spiritu tuo sancto: doce me vias tuas & deduc me in veritate tua. purga mentem meam, vt procul ab ea faceffant impiæ cogitationes, prau[i] affectus & infelicia consilia, secuta contumacia & malefacta denique omnia: illustra eam tuæ gratiæ lumine, vt ea solum cupiat, velit, desideret & perpetret, quæ tibi sint placentia, & Ecclesiæ Christianæ salutaria atque vtilia.

Da mihi intellectum, Domine, & iuuauit conatus meos, vt fideliter & diligenter præstem opera vocationis meæ, in tui nominis gloriam, Ecclesiæ ædificationem, & proximi mei commodum.

Concede etiam clementer **D O M I N E**, vt tuo auxilio perseuerem, retinens fidem viam & bonam conscientiam, vsque ad extremum vitæ halitum, vt cum venerit hora mea, placide obdormiscam, in Iesu Christi Domini mei inuocatione, & per eum consequar vitam æternam, in qua cum omnibus electis, te in omnem æternitatem, celebrem & glorificem. Tibi soli sit honos, laus, & gloria, cum filio

lio tuo
tus san
M E N.

Pagina 3
line 4. & 6.
a f. 8 ante
& v. 24 pr
traordinario
l. font. P. 2
v. 2. l. incolu
tur. post na
p. v. 8. l. app
re. Pag. 45.
1. pro cur l.
quærentes.
putat. P. 91.
v. 13. l. oporo
l. coram. & v
v. a f. 2. l. iter
mittatur. P
v. a f. 4. l. p
præterea occ
locata disti
ipse emenda

Lipfæ
in c

lio tuo, qui tecum viuit in vnitate. Spiritus sancti Deus, in sæcula sæculorum, AMEN.


FINIS.

Errata sic emendabuntur.

Pagina 3. versu ii. pro Deus lege decus. Pag. 4. versu a fine 4. & 6. dele commata. P. 6. V. a fine 8. l. sint. P. 7. v. a f. 8. ante spiritus insere comma. P. 9. v. 3. l. preciosius. & v. 24. preciosissimum. P. 14. v. 17. l. peculiarium & extraordinariorum. P. 17. v. a f. 5. l. consolemur. P. 18. v. 5. l. sunt. P. 21. v. 2. l. seria. & v. 13. l. confitentur. P. 24. v. 2. l. incolumes conseruemini. P. 27. v. 1. & 6. l. conqueritur. post numerum pag. 27. emenda numeros 28. 29. & in 28. p. v. 8. l. applaudit. & v. 23. distincte legantur, adminiculate. Pag. 45. v. 6. per hyphen lege demortuorum. P. 60. v. a f. 2. pro erit l. sit. p. 63. v. 8. l. euidentissimis. P. 69. v. 3. l. quærentes. P. 76. v. 15. l. punierint. P. 81. v. a f. 6. l. imputat. P. 91. v. 13. glorientur. P. 98. v. 1. l. donemur. P. 99. v. 13. l. oportuerit. Pag. 116. v. 16. l. instillat. P. 117. v. 23. l. coram. & v. 29. potuerit. P. 131. v. 15. l. secundum. P. 138. v. a f. 2. l. item. P. 149. v. a f. 2. populum. P. 155. v. 2. committatur. P. 161. v. 12. l. fimus. P. 195. v. 10. l. hunc. P. 216. v. a f. 4. l. poterunt. P. 219. v. a f. 2. l. debeant. Si qua præterea occurrerit orthographica errata vel minus apte collocata distinctionum puncta & commata, ea attentus lector ipse emendabit.

Lipsiæ Excudebat Andreas Schneider
in officina Vægeliæna, Anno
1574.

100
115



493.

4
10 11